

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De historia s. Guilelmi et ordinis Guilelmitarum - Cod. St. Blasien 27

Eggs, Ludwig


[St. Blasien], 1739

[urn:nbn:de:bsz:31-49121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-49121)



S. Blasin 27

II



111
Ora Infirmi

L. Ludovici Monachi
Sacerdotis Congregationis
S. Blasij

i 739.



Curium Rev.^{do} Kelg.^{mo} Carissimo
 Domino Patri

Caietano Fräncklin
 Congregationis Benedictinae
 S. Blasij

Priori Corona Mariae in
 Oberriedt &c.

Nominalia Festa celebranti
 in perpetua Observantia
 huiusmodi Commentarium istum
 à se compositum, et manu
 propria scriptum
 D. D.

Ludovicus Eggs
 Congreg. S. Blasij Sacerdos
 Anno Domini 1739.

1

Comentarius Criticus
in
Historiam

Sancti Guilielmi Magni
Ordinis Guilielmitarum
Institutoris.

Tribus, et ex parte quatuor saeculis
nostram aetatem praecedentibus, in rem
Historicam plurimos irrepsisse errores,
et maxime, s: quod dolendum magis:
Fastos etiam Ecclesiasticos innumeros
prope fabellis hinc inde aspersos esse,
eruditi quivis nostri huius saeculi Critici
multa quiritatione deplorant. Error
errorem parit, nec facile secundior tellus,
quam qua Tizianiam gignit et Lolia.
Serpit error unus, et dum repit, repente
augmentum capit.

Animat verterunt Veritatis Historicae
Synopsen Viri quidam Succeedentibus
nostris saeculis praestantes, et laboranti
Reipublicae literariae per Criticem, ceu
per Helleborum in tempore mederi sata =

-gentes, unanimi conatu, eoque pretioso
 haud minus quam necessario, nobiliora per
 Europam Archiva, Bibliothecas toto Orbe
 Christiano celebriores, Antiquitatis sacra
 monumenta, Pontificum, Regum, atq;
 Principum Diplomata ad amussim lustra
 -re, eaq; ad criseos limam vigoroso examine
 censere ceperunt, improbos in hunc finem
 terram mariq; labores, peregrinationesq;
 non per occidentem duntaxat, sed ad Orienta
 -les usq; plagas, ingenti ausu, & vix credibili
 sumptu, pro Republica literaria sustententes.
 Domi plures in Musaeis, Loris alijs, uno eodemq;
 omnes ardore ex professo allaboraverunt.
 Hos inter iure meritissimo principe loco
 veniunt celeberrimus Joannes Mabillonius,
 Montfalconius, aliq; ex Illustrissima
 Congregatione S. Mauri PP. Benedictini
 quam plures. Bollandus, Godes. Henschenig,
 Labbeus, eorumq; e Societate IESU erudi
 -tissimi Collegae, Amat item de Graveson
 ex Ordine Praedicatorum Doctor sorbonicus,
 et novissime Rev^{mus} Aug. Calmet Senonensis
 Abbas, qui nostri Decus, et Benedictini Nomi
 nis Ornamentum. Horum ego Virorum vesti
 -gijs insistens, tametsi eruditione dispar, pari
 tamen veritatis eruenda studio in Historiam

S. Guilielmi Eremitæ Cognomento Magni,
 Ordinis Guilielmitarum Institutoris, multis
 undiq; intricatam fabellis, (vixi haud perfunctoriâ
 sedulo inquirere decrevi. Et sane haud vanus,
 aut ad rem Historicam miris pertinens labor
 est, Historiam S. Guilielmi à mendis omnibus
 depuratam dare: difficilius porro depuratam
 contra frequentem erroneè opinantium torren-
 tem persuadere. Auget difficultatem,
 quod non in vulgus simplex duntaxat, sed in
 Doctos etiam alioquin Viros, imò integros Reli-
 giosorum Coetus dispersus sit error, et ad
 Urbes usq; atq; publicos Canonici Officij Titus
 irrepserit; adeoq; moliminis haud exiguu fu-
 turus sit conatus, trecentis, et amplius, annis
 traductam, perperam licet, et usq; adeo radica-
 tam fabulam emaculare prorsus, et erudito
 orbi nudam atq; nitidam exhibere veritatem.
 Animadvertit difficultatem hanc, pluribus ante
 me annis, Cariss. Godefridus Henschenius,
 et negotium invidia plenum fore praevidit:
 unde in tempore sibi prospiciens, oportune
 protestatus est in hæc verba [a] noster ut
 "conatus, eò quò scribimus, suscipiatur animo,"
 "voganus omnes, maxime illos, qui Eum (Sanctū,
 "Wilhelmum) aut Patriæ suæ, aut Ordini

[a] Acta Sanctor. Bolland. X Febr. Tom. 2. fol. 433.

Suspiciantur non aequo iure ereptum. Veritati Ecclesiastica studemus. Idem ego pari modestia inuoco: nullus me disceptandi ardor, nullus cum Viris Religionis litigandi pruritus, emulatio nulla, novitatis nullum studium, sed solus, isq; candidus Veritatis Historica amor, ad hoc disserendi genus impulit; neq; aliam suscepti laboris mercedem requiro, quam unicum legentis testimonium: Scripsisse me veritatem.

Faxo etiam, ut omnia iusto transigantur ordine. Historiam ex se, si qua unquam altera, confusam, dabo critica spongia probe purgatam, et tersam. Primo errorum occasiones; deinde errores ipsos synoptice indicabo: quos fusius deinceps, atq; membratim per Anatomiam Criticam, non equidem mea, sed optimorum scriptorum irrefragabili auctoritate suffultus modeste accusabo.

Porro Opinionibus & coniecturis tribuam nihil omnino: Veritati per Crisin eruta omnia. Stabunt pro me Testimonia, qua in calce cuiusq; pagina apparebunt, fidelissime, et absq; typo appensa. Ex proprii capitis abundantia sensa nulla fluent: Commentarium enim formo fabulis inimicum mente vera conceptum.

Supputationi Chronologica insistam.

quàm maximè; est enim hæc præcipua detegendi
erroris, et sincerè eruendæ Veritatis Regula.

Argumenta Verum in paragraphos, hos
dein in numeros claritatis ergò dissiungere
placuit. Sic demum eluèbit de sancto
Guilielmo Magno Eremita
Historia Vera.

§ I^{mus}

Prælo, & prima Occasio
Erroris Historiam sancti
Guilielmi confundentis.

Num: i.

Haud recens est error, neq; cõmentum
novissimè excogitatum, quò nostrà, de quã
agimus, Historia ingenti est confusione
turbata. Jam enim Sæculò XV. adeoq;
trecentis abhinc et amplius annis, primus
et antiquissimus cõmissus est Antichro-
nismus, utpote qui integris tribus sæculis
intercalandò à vero deflexit, dum ex
Computo Chronologico patenter convin-
citur, ea, quæ Sæculò octavo finiente

6. contigere, volatili cursu ad seculi Duodecimi
medium promovet: et vicissim post tantam
intercapedinem gesta, retrogrado saltu,
aëra retortis ictibus verberando, infeliciter
reducit.

Num. 2.

Gobelinus Persona [a] Vir alioquin
vita et eruditione celebris, sumis etiam
Pontificibus, S. D. E. Cardinalibus, et plerisque
Monasteriorum Praelatis initio seculi XV
perquam familiaris, primum in re nostra,
Doctioribus dein seculis ex plorum errorem
non tam asinxit ipse, quam ab alijs sui tem-
poris erroribus creditum aut confisum
in vulgus sparsit, quando [b] Cosmodromio
suo confidenter equidem, sed non iuxta con-
formiter veritati Historicae hac perperam
atlexuit verba: Anno Domini 1000. ince-
pit Ordo Wilhelmitarum sub Wilhelmo
Duce. Carolus Magnus Anno Domini 1000
in ipso die Nativitatis Domini a Leone Papa
III. in Imperatorem coronatus est Anno Regni
sui XXXIII. Mirum sane hanc
Gobelini Opinionem vel micam ullius proba-
bilitatis, apud viros vel genucius a Matre
Minerva Fonti Castalis imersos, obtinuisse:

[a] Acta Sanctorum Bol. Tom. 2. Fol. 434.

[b] Cosmodrom. c. 6. c. 29.

6
tantum enim distant tempora Caroli Magni
à primavâ Institutione Ordinis Guilielmi-
tarum, quantum Hesperus ab Aurora
elucere plusquam trecentorum annorum
anti-chronismum, nemo avò nostro ibit
inficiâs, cum certum omnino sit ante seculum
XII. nullos toto orbe Guilielmitas fuisse
ubi suo loco manifestè faciam dispalescere.

Num 3.

In tantum nihilominus Chronicus
hic morbus sacrae Historiae Symptomata
accirrit, ut antiquiora Latrum Eremitarum
S. Augustini Breviaria cum in suis officijs
(ut vocamus) Proprijs, publicè legendum
exhibuerint, id quod sumopere admiror.

Anno siquidem 1500. Venetijs recusa sunt
Officia Propria Ord. Eremit. S. August.
in quibus Lectione VII. hæc recitabantur verba:

„[a] non modo in Italia, sed et in Territorio
„Lugdunensi novum Monasterium condidit,
„in valle videlicet Gelonis, quod et uberius
„dotavit, et in nomine Salvatoris intitu-
„lavit, ac ibidem Eremitas, et Virgines Ancillas
„Christi recluserit: ubi et duas Sorores suas
„Virginitatem professas collocavit, et
„miles Christi etiam effectus: et hoc fuit

[a] Acta SS. Joh. Sol. T. 2. fol. 434.

9.
„ in Festo Apostolorum. Cui Rex Carolus
„ lignum Domini crucis, quod de Jerusalem
„ attulerat, liberaliter pro munere concessit.
Deus bone! quam catenata in sartillis
lineolis fabula? primo Vallis Gelonis
non est in Hebruvia, neq; in Territorio
Lugdunensi, sed apud Narbonam Galliae
Provinciam in ditione Lutetensi. Dein
Rex Carolus postea Imperator vivifica
Crucis particulam non ab Hierosolymis
attulit, sed à Patriarcha per Zachariam
Presbyterum donò missam accepit. Deniq;
de duabus s. Guilielmi sororibus nullus
Scriptor nec apicem quidem. sed apologo
tam apricè cespitanti, opera pretium non
est, ut pluribus me opponam: non enim
quod per se praecipitat, resti tradendum est.

Num. 4. *V*rigo et occasio huius fabella
atq; erroris adeò patentis haud difficulter
eruitur. [a] Regnante Pipino Francorum
Rege Guillelmus quidam vir potens, et
genere illustris, bellicà praesertim virbute
clarus, literis etiam probe imbutus floruit.
Hic ob eximia in Regem Regumq; merita

[a] Odoericus Vitalis l. 6. Hist. Eccl. de eo Germanus
in compend. apud Boland. T. 2. fol. 437.

9
à Carolo Magno Pipini filio et successore,
Aquitania Ducatum obtinuit, unde primus
Huius Nominis Aquitanorum Princeps,
Historia undiq; ^{enti} consente, vocandus.
Creatus dein ob insignem rei bellicae pe-
ritiam ab Eodem Carolo. M. supremus
Militie Princeps Exercitum Regium contra
Theobaldum in Hispania regnantem duxit.
Rhodanum felici ausu traiciens Turascan
urbem munitissimam à Mauris usurpata
expugnavit. profligatis exinde barbaris
transmarinis, fuisq; Agarenis Vir ex æquo
pius et fortis ope Divinâ Christianum illis
in partibus egregie firmavit imperium.
Reversus dein in Patriam gloria et honore
coronatus, in Provincia Narbonensi, loco
quodam petrosis saltibus scopulisq; horrido,
qui vallis Gelonis appellatur, in honorem
salvatoris, et duodecim Apostolorum Anulum
exstruxit Monasterium, idq; magnifice do-
-tavit. Anno dein Octingentesimo sexto,
Imperij Caroli Magni sexto, ipso die Princi-
-pibus Apostolorum sacro, Duxisse et
Fundator Guilielmus Monasticum indutus
Habitum in eodem Monasterio, ad ultima
etiam culinae servitia, atq; postrema quævis
fratrum Ministeria stupenda humilitate
se demisit, ibiq; ad obitum usq; mirâ sancti-
-tate inclavit. }a} mox ab obitu suo ob

}a} Joan. Trithem. in Chron. Hirsaug. fol. 57 tanta
sanctitatis eum fuisse aperiit, ut ardentem clibanum
illæso scapulari purgaverit. Idem testatur Hiacynt.
Amal de Graveson in Hist. Eufes.

vitam sancta sanctitate conspicuam cogno-
 -mentum sancti adeptus, deinceps in omnem
 posteritatem sanctus Dux Guilielmus
 appellari meruit. Hac igitur nomencla-
 -tura sancti Guilielmi ex Duce Aquitaniae
 Monachi Gelonensis, eiusdemq' Monasterij
 primi Fundatoris, primam dedit occa-
 -sionem quibusdam rem obiter citra
 rigidius examen pensantibus, hunc Ipsū
 Sanctum Guilielmum Gelonensem Penobitam
 olim Aquitaniae primum Ducem, Ordinis
 Guilielmitarum Institutorem, adeoq'
 Guilielmum Magnum Eremitam perperam
 statuerunt: cum tamen liquido constat,
 S. Guilielmum Ordinis sacri Authorem
 qui in Stabulo Rhodis in Tuscia Eremita
 obiit, trecentis et quinquaginta annis esse
 Juniozem S. Guilielmo Gelonensi. [a]
 ab hac opinione deceptus Gobelinus Persona
 errorem scriptō typōq' vulgavit, ex quo
 deia spurio, et incribrato semine plures,
 sed vitiosi omnes, ceu ex vite non probe
 putata helices, erati sunt fructus. inde
 factum, ut dum duos Guilielmos in unum

[a] Acta SS. Boll. Tom. 2. fol. 433. et passim omnes.

11
eundemq' virum conflare imperiti Plastro
presumpserunt [a] uberem Viris Doctis dispu-
tandi materiam suscepserunt.

¶ Z^{us}

Detequantur Errores alij
qui in Historiam S. Guilielmi
Successive irrepserunt.

Vum: A^{mus}

Polent plerumq, qui Histori-
cis Narrationibus fabellas inspergunt,
Sui met per contextum oblivisci, et con-
fusa Sermonis Serie in Supputationem
Chronologicam imprudentes impingere:
Unde fit, ut se ipsos cum erroribus suis
citra intentionem prodant. raro enim, aut
nunquam fieri amat, ut mendacia continuata
concinne adeo sibi cohæreant; quin Vanitas demum
in apicem prodeat, sicq' Veritas demum per
Peragacitatem Crisis eruta triumphet: disponen-
te sic Primâ & aeternâ Veritate, quae in
rebus maxime sacris, fabellas omnes sumopere
fastidit. Contigit id ipsum in Nostra, de
quâ agimus, Historiâ. Rem claritatis ergo

[a] Philipp. Brietius. S. J. in Anal. mundi mibi Tom. 2.
part. 3. fol. 26.

narratione encyclicâ, uti contigit, iusto ordine
ob oculos ponere placet, ut dissipatis mendo-
rum nubeculis Lux Veritatis dispalescat.

Num. 2.^{us}
Thomas de Herrera |a| Vir
ex præclaro Ordine Eremit. s. Augustini
Magni Nominis, olim Provincia Castellana
Pector Provincialis, et in S. Inquisitionis
Senatu Qualificator, de re Historica
ob singularem Doctrinam optime meritus,
dum in sacri sui Ordinis officia Propria in
thoro recitari solita peritius inspexit, haud
paucos deprehendit nexos, proximis X. Febr.
in Lectionibus de S. Guilielmo M. Eremitâ,
Chronologiam confundi plurimum, atq;
errores erroribus contexi, Vir perspicax
et doctus perfacile sensit, unde in hanc sen-
tentiam merito pronuntiavit: "Lectiones,
" sacrorum Officiorum rigorosâ sane examinare,
" indigere, ne veris falsa permixta totam
" narrationem inficiant." |b| De Historiâ
autem S. Guilielmi in veteribus Officijs
contentâ absq; typho verè et confidenter
edixit, merito antiquatam, in quâ tot simul
" congesta difficilia, imo potius aperta mendacia."
Et sane fecisset optime Laudatissimus Hic
C. Provincialis, |c| ut bene optat Henschenius,

|a| Holland. Tom. 2. fol. 439.

|b| ibidem.

|c| Henschenius l. c.

Si totum ex integro rejecisset officium:
ubi enim totum laborat suppositum, nullum
unquam Argumentum apte concludet.

Hydrae caput est Historia semel hallucinans,
ubi in re Chronica primum errat hypothesis,
quis porro medebitur ei? Si errorem resecu-
eris unum, mox nullabunt monstra plura.

Expertus id ipsum est Clariss: Herrera,
qui dum Ordini suo Monasterium Gelonense
asserere satagit, attamen ex Chronologica
supputatione convictus, id a S. Guilielmo M.
Eremita conditum aut fundatum minimè
fuisse aperte pernosset; ad coniecturas

confugiens, pie magis quam eruditè, à B.
Alberto Gallo, S. Guilielmi protho. Discipulo
forè initium sumpsisse illud Monasterium
autumavit. At vero novissimus hic error
est peior priore. Initiò saeculi Noni, annò
videlicet 806. Cenobium Gelonense conditum
esse [a] supra iam §. n. 3. indicatum est.

Beatus vero Albertus S. Guilielmi Discipulus
post obitum Magistri cum socio Peginaldo
vixit in stabulo Rhodis post medium saeculi
duodecimi, ab anno nimirum 1156. vah!
quantus temporum hiatus! Nullus praeterea
B. Alberti temporibus in Gallia regnavit Carolus,
sed Ludovicus VI. et post hunc filius Ludov. VII.

[a] Odericus Vitalis Monachus Vicens. L. 6. Hist. Eccles.

ut suo loco docebitur: cum interim certum
 sit Carolum Magnum Monasterio Gelonensi
 partem s. Crucis à Patriarcha Hiero-
 solymitano per Zachariam sacerdotem sibi
 donò transmissam, in eodem Conobio Gelonensi
 recens tum condito, reposuisse. Nulla
 igitur superest spes, ex hoc capite sanctum
 Guilielmum, aut eius Ordinem Eremitis
 s. Augustini ullò paralogismò vindicandi.

Num: 3.

Vix ullum in re Historicà est
 evidentius fabulosa Narrationis indicium,
 quàm multiformis in eodem Argumento scripto-
 rum dissensus, variatio continua, et nunquam
 sibi constans multorum opinio. hoc etiam signate
 deformata est pleraq; de s. Guilielmo narratio.
 Nescio, num quàm in alterà Historià tot aperte
 sibi contradicentia sit reperire Testimonia,
 qualia in hâc nostrâ continuo conglomerata
 obveniunt? pergo igitur remotijs sibi
 errorum Schematismos in aperta parascenia
 producere, et ad Criticùm citare iudicium.

Error omnium patentissimus cum enormi
 Anti-chronismo conspicuus fuit in antiquiori
 Proprio R. R. P. P. Eremitarum s. Augustini
 1^a ubi in 2^o Nocturno Lect. 1^{ma} hæc leguntur:

[a] Ofic: propr. Venetijs recus. 8^o 1500.

" Beatus Confessor Guilielmus olim Aquitania
 " Dux et Pictaviensis comes, comitibus, ut fertur
 " genere oriundus, Pictaviensi Provincia fuit
 " ac Bellator acerrimus, Patre Theodorico
 " Consule, Matre Aldacia inclitam prosapiam
 " Ducens, sub Rege Carolo Magno strenue mili-
 " tavit, eiusque Regni Principatum tenuit
 " Sanctitate praeclarus. Cum autem Saraceni
 " partes Aquitaniae invaderent, à Carolo
 " cum Exercitu missus, eos viriliter debellavit,
 " magnamque illis inflictae strage, eos à septimanice
 " invasione potenter deiecit.

Quid quaero haec omnia ad S. Guilielmum M.
 Guilielmarum Proto-patrem, quem in Sa-
 bulo Phodis Romanum Martyrologium obijre
 pronuntiat? Ad litteram autem omnia conve-
 niunt Guilielmo, qui sub initium saeculi noni,
 Caroli Magni Archistrategus, ex primo Duce
 Aquitaniae, et Bellatore acerrimo, iuxta
 ac Principe Religiosissimo, Monachus Ge-
 lonensis factus, Sanctitate praeclarus.
 Parentes habuit Theodoricum, et Alda-

ciam. |a|
 pergit deinde idem officium Proprium
 uno eodemque contextu, et nulla alia
 interposita narratione / quod miseris /
 amphidextre uno saltu tria saecula scandendo

|a| Bolland. hie §. i. n. 4.

in alterum subito Guilielmum stentoria
 celeritate transiit, in hoc declamans
 verba: „qui tempore, quo Eugenius Papa
 Tertius, ob Romanorum adversus se maliti-
 am machinantem, Tyrannus adhuc impius
 in inferiorem secessit Galliam, * ut ipsemet
 confessus est, a praefato Apostolico acce-
 pit sententiam @ (2)

O Bone Deus! quam paradoxus hic saltus
 est, non Crisi, sed ut modestè loquar, risu explo-
 dendus, qui unico giganteo gressu trecentos
 et quinquaginta annos iucundè
 adeo transcendit! at verò capite, pedes
 laesus citò corruit: Totidem enim retro
 annis vixit ab Eugenij 3^{ti} et S. Bernar-
 di coevi temporibus Carolus Magnus,
 et acerrimus ille Saracenorum debellator
 Guilielmus. Nam Eugenium III. saeculo pri-
 mum duodecimò sedisse in cathedra Petri
 Scholares nôrunt. hoc igitur posterior
 Strophæ ne utiquam primo Aquitaniae Duci
 sub Carolo M. Breve adeo Saracenos profli-
 ganti applicari poterit, sed Guilielmo IX.
 et ultimo per Divum Bernardum à schis-
 mate reducto. Atqui hic idem non
 fuit Guilielmus ille, Magnus Sanctissimus
 Guilielmitarum Ordinis Author, qui

pro presenti controversatur, uti pluribus
deinceps docebitur.

Num: 4^{2us} His igitur duobus Guilielmis
tam palpabili confusione in unum conflatis,
Martyrologium, quò in hodiernum diem
utuntur Patres Augustiniani, addit
Tertium, Eum nimirum, qui in stabulo
Rhodis sanctè demortuus colitur, quem
tamen à Duce Aquitania ultimo omnino
fuisse diversum, mox demonstrabo.

Verba Martyrologij Augustiniani ista
leguntur: [a] Quarto Idus Febr: in stabulo
Rhodis territorij Senensis in Tuscia Naba-
lis S. Guilielmi Ordinis Nostri restau-
ratoris. Porro Martyrologium Romanum
in hac verba pronuntiat: „in stabulo Rhodis
territorio Senensi sancti Guilielmi Eremita [b]
De Duce Aquitania, aut Ordinis S. Augustini Ere-
mitarum Instauratore ne verbum quidem;
cum tamen Martyrologium Rom: vel obiter
recensenti continuo pateat, Sanctorum Regum,
Principum, Ordinumq; Reformatorum,

[a] Prop. Ord. Eremit. S. Aug. 10 Febr. fol. LXXVII.

[b] Martyrol. Roman. Edit. Antwerp. fol. 47.

et eorum maxime, qui ex sumis in seculo
Magnatibus ad ima poenitentium subsellia
se se demiserunt, Titulos et characteristi-
cas epigraphas semper et ubiq; apponere
in more fuisse.

Num. 5.

Tres ergo Guilielmi in are-
-nam Irripiti errore adducuntur,
& per Fabulosam metamorphosin hi tres
unus sunt, cum tamen duobus prioribus
omissis, tertius duntaxat solus et unicus
statui debuisset Guilielmus de Malval,
solenni ritu inter sanctos relatus ab
Innocentio III. Anno MCCII. uti paulo post
Authenticò Testimonio firmabitur,
postquam Fabulis omnibus explosis, aurà
demum lucidà frui licebit. Hic interim
num mirari potius, an lugere fas sit? haud
facile diiudico: Sacre Historie absurdis
adeo fabellis, et Lictisnis tantopere fuisse
illusum, ut ignorantia adeo audacià inter
Historicos vix alias audita, ex tribus
suppositis substantialiter diversis, atq;
Chronologicò calculò per plura secula
seunctis, unam plasmare Personam,
et novam quasi Triadem creare,

19
praeserita nuper saecula praesumpserint.
atq; quod stupendum magis, tam enormes
et cernua cespitationes, tanto tempore
inter viros eruditos aut latere potuerint,
aut sustineri. pergo reliqua in rem nostram
revelare menda.

N^o 6^{us}

Anno salutis 1570. iussu
Reverendissimi Prioris Generalis totius
Ordinis Eremit. S. Aug. P. Thaddei
Perusini Officia Propria denuo recognita,
et in novum redacta sunt ordinem. [a]

Iussi sunt Fratres 10^{mo} febr. legere in hunc
Textum: " Beatus Confessor Guilielmus,
olim Aquitania Dux, et Pictaviensis
Comes, Comitili, ut fertur, genere oriundus,
Pictaviensi Provinciâ, Patre Theodoro
Consule, Matre Aldacia genitus fuit. "
Sub [B] Ludovico Juniore Gallorum Rege "
strenue militavit, Eiusq; Regni Princi-
patum tenuit sanctitate praclarus. "
Cum autem Saraceni Aquitania partes inva-
sissent, ab Eodem Rege cum exercitu missus,
eos mirifice debellavit, magnâq; inflicta strage
eos roboriter sedit, Ecce hic subdole

[a] Acta S. febr. Tom. 2. F. 434.

retentis reliquis omnibus, loco Caroli
 substituitur Ludovicus Junior. Sed quisnam
 ille, vel quotus? Duo tantum in universa Histo-
 ria leguntur Ludovici, quibus cognomen hoc
 Junioris attribuitur, eo quod uterque, viven-
 te adhuc Patre in Regni consortium se
 adscitus; scilicet Ludovicus Caroli Magni
 filius, et Ludovicus Septimus Ludovici Sexti
 Successor. neutri horum narrata Strophæ
 convenire potest. Iterum hic Chronologia
 miserè torquetur. confusa sunt omnia,
 imò aperte falsa. faciam id oppido clareat.
 In Proprio R. R. P. P. Eremit. S. Augustini, a
 quo defacto in presentem utitur diem, in
 fine Lectionis VI, hæc leguntur: „è vita excessit,
 „ Anno post Christum natum millesimo centesimo,
 „ quinquagesimo Septimo.“ et bene hæc quidem.
 Et enim hæc certa omnium Historicorum
 Sententia, hoc ipso anno S. Guilielmum Mag:
 Eremitam et sui Ordinis Fundatorem diem
 clausisse extremum. Ludovicus autem Juni-
 or, sub quo militasse indicatur Vir ille Bellator,
 alius private esse nequit, quam Caroli M.
 filius, vivente etiamnum Parente in Regni
 consortium admissus, sub cuius tantum

[a] Proprium Ord. S. Aug. Fol 43.

et nullius alterius Ludovici Regimine
 Saracenos partes Aquitania invasisse
 credi potest, alioquin universa mox cum
 Chronologia protestando reclamabit
 Historia. Atqui Ludovicus hic Caroli
 Magni Filius regnavit Saeculo nono :
 ergo idem qui adultus dein Saeculo 12.^{mo}
 obiit S. Guilielmus, debellator ille gene-
 rosus Saracenorum esse haud potuit.
 nisi quis, sorte, ad morem primi aevi Patri-
 -archarum, annos vix ad trecentos quin-
 -quaginta annos eum protraxisse prodigi-
 -osum senecionem asserere ausit; quod,
 opinor, nemini, cui vel uncia vegetae adhuc
 saevencephalidis inest, persuadebitur.

Porro multiplex haec officij privati circa
 Historiam S. Guilielmi mutatio argumento
 est vix unquam fallibili, totam illam ex
 integro, Systemati ruinoso instituisse, adeo
 cernue, ut ne lippientem quidem lateat.

Sed nondum statim cespitantis arologi
 Linis, erroribus pristinis error novus illico
 est intextus, qui mox sequenti numero retegitur.

Num: ^{rimus.} Josephus Campsilius
 Episcopus Signinus Vir Summa perspi-
 cacia, animatverbens postliminio totum
 in vindicando sibi S. Guilielmo, eumq. Aqui-
 tania Ducem statuendo negotium, futuris
 ad aevum Caroli M. eiusq. filij Ludovici,
 in terminis tam arripe cespitantibus,
 Doctiori saeculo nunquam fore persuaden-
 dum, imo explorum iri ex integro: at
 nihilominus Reverendissimi Generalis P.
 Thadai auctoritatem sueri, eiusq. censo-
 riam reformationem retinere percipiens,
 supputationem nihilominus chronologicam adeo
 cernue sibi contradicere pernoctans, Ordinis
 sacri quam veritatis amantior, quod tanti
 viri venia submissa cum reverentia dictum
 volo, ad parectbasis artes confugit, at statuit
 idcirco Historiam istam a Caroli M. eiusq.
 filij Ludovici aevu uru ictu integram reser-
 dere, atq. Guilielmum ad saeculum XII.
 deducere, ut eum S. Bernardo synchronum
 faceret. et bene id quidem, si caetera

[a] Chron. Ord. Crem. S. Aug. typ. Rom. a. 1581.

per contextum ex aequo Chronologia con-
 formia cohaerent. Cum vero ob reveren-
 tiam Officij, uti vocamus, propriam mentem
 Rev. Generalis P. Thadei recens emendati,
 Regia illa Nomina Caroli et Ludovici
 expuncta nollet, ea ut in Proprio retineret,
 artificioso figmento S. Guilielmum sub
 signis Sancti Ludovici Franciae Regis,
 et Caroli ipsius Fratris Regis Neapolitani,
 Conradini ultimi Suevorum Ducis famosi
 intersectoris militasse, et Saracenos tunc
 Siquitaniam invadentes ingenti strage debel-
 lase finxit. At vero Lux ista tenebris
 paulo nitidior ingenti mox est obvoluta cali-
 gine. Iterum namq; calculus chronologicus
 Sabulam manifeste denudat. iterum quae
 toto saeculo seiuncta sunt perperam conectun-
 tur. Mortuus liquidem est S. Guilielmus
 Eremita Anno Christi 1157. Sanctus
 porro Ludovicus a) natus est Anno 1215.
 ergo quinquaginta octo annis, antequam
 vivere cepit S. Ludovicus, necesse foret,

a) Philipp. Brierius in Annal. ad annum 1115.
 mihi Tom. 6. fol. 101.

sub- et pro eo militasse S. Guilielmum. vah!
 quam absurda conglomeratorum errorum
 congeries. à fortiori idissimum elucet in Carolo
 Andegavensi Rege Neapolitano, utpote etate
 adhuc iuniore, cum S. Ludovicus ceu Patris in
 Regno Successor, primogenitus haud dubie
 ab universa Historiâ dignoscatur.
 Deniq, quinam illi Saraceni, sub S. Ludovici
 Regimine Aquitaniam Gallie Provinciam de-
 vastantes? nulli profecto. Non enim opus ha-
 buisset Rex Sanctus expeditionibus Sacris
 celebratissimus perquirendis hostibus Saracenis
 per Asiam et Syriam procul à Regno suo, Damiscum
 usq, atq, Hierosolimam cum exercitu excurrere,
 si eos in Aquitania, adeoq, proprio in Regno,
 tam prope laribus focum admoventes habuisset.
 paucis: fide historica pronuntio: temporibus
 S. Ludovici nulli unquam Saraceni partes Aquitaniae
 invaserunt. Diffusis igitur
 manifestis his erroribus, ad ea refutanda
 me accingo menda, quæ, uti maiorem veritatis
 speciem præseferunt, ita à pluribus comuni
 paradigmate persuasus, hodie dum creduntur?

§ 3^{tius.}

Opinio illa, quae nostrò adhuc
 vovò apud plurimos obtinet,
 discutitur.

Vnem: ⁱmus

Ut res iustò ordine procedat,
 discussis hucusq; erroribus magis patentibus,
 adeoq; minori impendiò faciliè erutis, ad diffi-
 cilia paulatim progredior. Opinio illa,
 quae hodiè passim apud plurimos obtinet,
 imò ab integris Religiosorum virorum Cœtibus
 ceu res indubitata creditur, iam exactiori
 Crisi examinanda venit. Negotium hoc
 methodò magis clarà vix expedire poterò,
 quàm si integram Historiam ex officio Proprio,
 quò hodiè utuntur Venerab. P. P. Eremitæ
 S. Augustini, nullà prorsus interposità locu-
 tione, candidè ob oculos ponam; quandoquidè
 in illo ipsissimum, de quo agimus, disputandi
 Argumentum genuinè exhibetur in hæc
 verba: [a] Lectio 4^{ta} sic rem enarrat:

Guilielmus Nonus Pictorum Comes, et
 Aquitania Dux, abdicatò amplissimò Pri-
 cipatu, asperissimum vitæ genus, incredibili

[a] offic. Propo. Eremit. S. August. 10 Febr.

4 patientiâ sibi indixit. nam cum aliquando
 4 contra Innocentium II. partes Anaclethi
 4 Pseudo-pontificis pertinacius fovisset. sancti
 4 Bernardi operâ saniorum ad mentem revo-
 4-catus, cuiusdam Anachorete consilio lori-
 4-câ ferreâ nudo pectori iniectâ, et catenis
 4-revinctâ servili veste contextus, ad pedes
 4 summi Pontificis sese abiciens, contumacia
 4 veniam suppliciter petiit. à quo ad Patriam
 4-cham Hierosolymitanam reiectus, nuncupato
 4 testamento, primum ad Divi Jacobi Compostellan-
 4 deinde in Palestinam profectus, Hierosolymis
 4 expiatus, sacrisq; restitutus, angustâ domus-
 4-culâ in morem specus depressâ conditus, per
 4 aliquos annos veterum delictorum poenam
 4 inauditâ tolerantia à se exegit. nam sub
 4 lorica cilicio indutus, cibario pane, eoque
 4 nigerrimo, atq; ubi sitis admoneret, frigidâ
 4 contentus, nudâ humo, subiecto cariti saxo
 4 cubitans, sacris precibus diu noctuq; vacabat.

Lectio V. Amicorum et affinium
 4 precibus tandem victus in Galliam navigare
 4 constituit. Peruriam appulsus ad vobus
 4 armorum studium instinctu Daemonis relapsus,
 4 est. nam Lucensibus militans, Disanorum muni-
 4-tionem quandam expugnare aggressus,

repente oculis captus est: sed furis precibus,
 denuo illi dies illuxit. Quare mutato consilio,
 retro unde venerat, Hierosolymam in vete-
 ris spelunca penates se recepit. cum vero a
 necessarijs rursus interpellaretur, relicta
 clam urbe, primum ipsas Palestine Eremos,
 loca sola circumiit. Tum Compostellam, postre-
 mo in Etruriam venit, unde in sylva, qua
 Livallia dicebatur, intra horridi specus sinum
 se condens, eadem victus asperitate corpus
 exercuit. sanctitatis eius fama inde
 erumpente, multi, qui circum Eremos ex S.
 Patris Augustini institutione incolebant,
 socios se illi adiunxerunt. sed intereunte
 paulatim spiritibus fervore, cum ab ipsidem
 se sperni cerneret, secessit in montem, qui
 de Bruno vocabatur.

Lectio VI. In quibus ibi excitato, eundem vita
 rigorem prosequens, venenata animantia,
 quae prius locum infestabant, procul absepe-
 runt. sed nocte quadam, cum preceationibus
 de more insisit, a demonibus dire caesus,
 exanimisq; relictus, a Beata Virgine duobus
 comitata Virginibus, celesti unguento
 delibutus, et benigno alloquio recreatus,

un aliquo
 fracte
 bovis
 mentem
 consilia
 et cetero
 s, ad pe
 contuma
 ad Rabi
 s, nuncu
 li Compo
 Hierosol
 qusta dom
 conditio
 rum p
 . nam
 ane, ex
 et, fr
 ruti
 Aug, ves
 affia
 am ne
 s ad ve
 conis re
 lanonun
 eggre

„ pristina incolumitati restituitur. post
 „ multas deniq; migrationes in horridam soli-
 „ tudinem senensis ditronis, cui stabulum
 „ Rhodis nomen erat, se coniecit. quo in loco
 „ per annum ferme et sex menses unicum
 „ Alberto discipulo ac ministro solito asperius
 „ reliquum vite transegit. supremam sibi
 „ vite horam imminere sentiens, accersito sacer-
 „ dote, pie omnia Ecclesia sacramenta susce-
 „ pit, defixoque in calum obtutu e vita excep-
 „ Anno post Christum natum millesimo cente-
 „ simo quinquagesimo septimo. hucusq; tropi-
 „ cum Augustinianum. Idem dein officii-
 „ um per integram de Favam per contextum
 „ prolixè enarrat prodigiosam vite seriem
 „ S. Guilielmi Magni Eremita. Ego etiam
 „ Signanter hic ad moneo, ne quis unquam
 „ eo temeritatis devenisse existimet, ut eam,
 „ que in hac Historica descriptione narratur
 „ vite sanctitas, aut enata inde prodigia
 „ in dubium vocare, nedum negare presumat,
 „ sed id unice desidero, ut ea omnia iuste
 „ adscribantur S. Guilielmo Tuscia Eremita,
 „ et non alteri Guilielmo penitenti Aquita-

nia Duci, quem in stabulo Rhodis nec
vixisse, nec obiisse, neq, unquam inter
sanctos Canonica apothecosi relatum,
multo minus Ordinis alicuius Authorem
fuisse, deinceps liquido demonstrabo.

Num: 2^{us}
Neq, soli sunt P.P. P.P.
Eremita S. Augustini, qui in suo offi-
-cio Proprio hanc de S. Guilielmo opini-
-onem publice sustinent. Ipse etiam
Sacer Guilielmitarum Ordo Institutorem
suum eundem in modum agnovit, imo plu-
-ribus insuper additis per prolixam auxe-
-sin protulit in Libello typis Friburgen-
-sibus in Brisgoia excuso Anno 1601
cui Titulus: „ Officium S. Guilielmi
Confessoris, quondam Ducis Aquitaniae,
et Comitis Pictaviae, nec non Institutoris,
Ordinis sacri sui Nominis Guilielmita-
-rum, Authoritate P.P. D.D. P.P. Priorum,
Eiusdem Ordinis denuo recusum. “
Quod quidem Officium indubitata fide
in tribus P.P. Guilielmitarum Monaste-
-rijs: Oberriedtano ad pedem montis [a]

[a] Hodie per vulgarem cathoresin dicitur Altdorf.
antiquitus Rofenburg, id est, Ruffenburg, propter
pasua pecorum eo in monte celebra. Archiv. Ober-
riedtense.

Blasio

pecorum in nigra Sylva termino, uno
 à Triburgensi Civitate milliario: Sionensi
 in Ergovia oppido (Lingnoviensi contiguo;
 et Mengensi in Suevia, quotannis die
 10 Febr: et per Octavam publicè recita-
 vi solebat usq; ad annum 1725. quò
 tria hæc Monasteria Auctoritate
 Sumæ Sedis Apostolica, et Augustissimi
 Imperatoris Caroli VI. Congregationi
 Benedictina S. Blasij in Nigra Sylva
 sub Abbate huius Nominis 3^{to} plenò
 Jure incorporata sunt: ex quo deinceps
 tempore iidem Patres Conformes reliquis
 Confratribus, omisso hoc Officiò Proprio
 in 2^o Nocturno legunt ex libro Moral.
 S. Gregorij Papæ: "Deridetur Justi Simplex
 Num: 3^{tius} Profectò Opinio hæc, ætate
 etiamnum nostrà adeò apud plerosq;
 obtinet, ut periculum, si non temeritatis,
 minimum Singularitatis subire, à multis
 Doctrinã haud minus quam pietate
 Insignibus Vivis existimentur ij, qui
 contrarium sentire ausint. Hæc ceu
 vera et citrà omne dubium firma, ore

comuni narratur, chartis inscribitur,
penicillis depingitur, cupro insculpitur,
cantatur in templis, celebratur è pulvi-
tis. Sarcò laudatur S. Bernardus, et
non iuxta inducitur Guilielmus Loeni-
tens. Aquitanorum Princeps tanquam
sanctus sive Eremita prodigiosus.

Elogiographus quidam in libro, cui Ti-
tulus: Pluma militaris Ecclesie Año
1725. Typis Noringbergibus edito, Elo-
gio xxxiii. Iconi S. Guilielmi a fabre inciso
hæc subscripsit verba: „ S. Guilielmus „
Gallus, ultimus Aquitanie Dux à s. b. „
Bernardo ad meliorem vitam conversus, „
Severam eqi. poenitentiam: varijs „
exanblatis peregrinationibus, tandem „
Ordinem Guilielmitarum instituit, „
confirmatum ab Innocentio IV. obiit in „
stabulo Rhodis 10. febr: anno 1157. „
Hunc quidam ex Nostris superrime con- „
fidenter secutus, inter alia, SS. Ordinum „
Fundatorum efigiebus appensa ad calcem „
emblemata, quibus Monasterij San. Blasiani

ab Excell.^{mo} DD. Abbate Francisco II.
 è fundamentis noviter exstructi
 parietes, ceu aulceis sanctè superbiunt,
 S. Guilielmi prototypo hanc subscripsit
 epigraphen:

" S. Guilielmus Gallus "
 " Dux Aquitaniae ultimus, instituit, "
 " Ordinem Guilielmi: Confirmatum "
 " ab Innocentio IV Pont. obiit in, "
 " Tabulo Rhodis 10. Febr. 1157. "

Corvo in Monasterio Nostro Oberriedt
 nuper adhuc Ord. Guilmitarum Corona
 Mariae nuncupato, nunc Congregationis
 S. Blasij Insigni Prioratu, in ipsa Ecclesia
 Regulari cernitur, Altare in Divi Guilielmi
 Honorem dedicatum, in quo Ducali salu-
 damento ornatus Guilielmus nobilium si-
 -natus symate, ad pedes S. Bernardi,
 Dei Eucharistici Majestate exanimatus
 prosternitur. quam erudite, et histori-
 -cae veritati conformiter eae depictae aut
 subscriptae sint Tabula paulo mox diudicabim.
 Gallia etiam ob Gentis suae sagacitatem
 famosa, hodiernum in diem incisae ari

Icones arte diagraphicâ chalcographico
 pralò affabre expressas passim sine scrupulo
 vendit, apposito etiam Christianissimæ Re-
 gis Privilegiò, hæc Engrashe audacter
 subscriptâ S. Guilaume Duc D'Aquitaine.

Num: 21^{bus}

Ego deniq, qui hæc scribo,
 totus adeò huic eidem opinioni, et tam firmi-
 ter à puero in hæsi, ut nunquam quidem
 mihi in mentem venerit de ea vel minimum
 dubitare. Quæ passim huius Sanctissimi
 viri exstant Imagines, ac præcipuè tot
 piorum iuxta ac Eruditorum constans
 Assertio, alibi adeò eam opinionem animo
 meo desixerant, ut tametsi unus aliquis
 contrarium adstruere voluisset, haud
 facile præceptam excubi sententiam
 menti meæ passus essem; donec fortè for-
 -tuna amica cuidam Duorum Gravium
 atq, Eruditorum Virorum de hoc ipso Ar-
 -gumento Disceptationi interesse licuit,
 quorum unus ex Illustri Ordine S. Augusti-
 -ni, qui Hospes ad nos in Monasterio

Oberriedtano diverfit: hic occasionem
 ex tempore nactus, mox hanc ipsam opi-
 -nionem ceu firmam fixamq. sententiam
 asseruit. Contradixit continuo (quod ego
 mirabar, ubi primum auribus meis insonuit)
 Loci superior, predicti Monasterij è p. b. b.
 Blasio ordinatus Prior Noster. Huius
 ego Viri in indagandâ rerum veritate
 solidam perspicaciam longo usu familiariter
 pernosceas, et Critices Fundamentalis
 avidissimum probe sciens, postquam Argu-
 -menta quaedam ex Chronologia Syntag-
 -matibus deducta audivi, nubare me primo,
 mox positivo dubio distrahi mentem meam
 adverti. Nec longa intercessit mora, dum
 victas dedi manus, et totus in superioris
 mei sententiam iri, haud equidem asseren-
 -tandi Audio, quod quam procul sit à
 genio meo, norunt omnes, qui me norunt,
 Provi immortali veritatis agnita adactus.
 Non enim ego unquam ijs accenseri vellem,
 qui impotenti partium studio excoecati
 clare veritati obnibuntur etiam contra

mentem. Neq; in unâ hâc Thesi illa
 sum finis Disputatio. mox altera acrior
 longe orta controversia. Asperuit potio
 Augustinianus sacro suo Ordini Totum
 Quantum Guilielmum. Hunc suo in
 ordine vixisse, suumq; Guilielmarum
 Ordinem Eremitarum sub Regula sancti
 Augustini instituisse, multâ spiritûs conten-
 tione, et inotâ mente affirmavit. Negavit
 iterum Prior Noster, et ego, factâ dicendi
 copiâ, cum ipso. Ex eo igitur tempore,
 firmum continuo fixumq; menti meae insedit
 decretum, universam S. Guilielmi Histo-
 riam, labore haud perfunctorio, ad Cri-
 ticanam examinandi censuram, eamq; à
 mendis atq; parachronismis emaculandi.
 Eum in finem, quosquos de hoc Argumento
 scriptores experiri quidem potui, eos omnes
 indagare conquisitos, attentius lustravi,
 limatiusq; perpendi. animavit me rese-
 titâ parânesi multoties superior supra

memoratus, et aliunde iam propria indole
 incitato addidit calcar: vixdum exor-
 -sus laborem, pertinaci multorum men-
 -suum corporis aegritudine graviter ten-
 -tatus, iussus movere a tabula manum,
 Scribere quidem desij, sed non volvere
 libros in rem meam accomodos. ubi dein
 primum per acerbissimos dolores licuit,
 quod meditabar mente in pulvillo, exaravi
 dein calamo. Quos porro in hoc negotio
 adhibui authores, primos omnium consu-
 -lentos iudicavi viros in hoc scribendi ge-
 -nere iam a seculo XVII. celebratissimos
 e societate JESU Ephemericum Ecclesi-
 -asticarum scriptores, Joannem Bollandum,
 et Godefridum Henschenium, qui ambo
 unanimi conatu et immenso labore, quot-
 quot toto Orbe coluntur, vel a Catholicis
 scriptoribus celebrantur, sanctorum Acta
 ex Graecis et Latinis, aliarumq' Gentium
 monumentis, accurata Critica pertractarunt.
 Horum igitur Illustrium Criticorum Acta
 ubi paulo penitus inspexi, duo mox appu-

hendi, quæ priorem illam opinionem suspec-
 tam mihi magis, posteriorem vero certam
 omnino mihi nuper imbibitam redhibuerat.
 Primum erat constans consensus Autho-
 rum seculi XII. XIII. et XIV. omni exceptione
 maiorum, quorum ne unusquidem excipio
 Theobaldum Episcopum, de quò dein singu-
 lariter agendum | Guilielmum Ducem
 Aquitanie Nonum et ultimum, vel sanctum
 depraedicat, vel Eremitam factum, minus
 Ordinis alicujus Institutorem fuisse
 vel ullò apicè meminit: sed unò omnes
 convenienti testimoniâ, penitentem eum
 in sua peregrinatione mortuum iam Anno
 1137. Compostellæ in Galicia extremâ
 Hispaniarum Provincia testatur [a]
 Alias deinde quascunq; de hac re opiniones
 sæculis subsequētib; præsertim Decimo sexto
 fabulis aliunde infami [b] in Historiam Eccle-
 siasticam irrepsisse facili dein incendiò ad-
 verti: hoc ipso namq; tempore mundus propè
 universus ignorantia nubibus misere obvolutus
 in sole veritatis infamem et ab Authoribus
 rarisimè deploratam passus est eclipsin, quæ

[a] Acta SS. mens. Febr. Tom. 2. §. 5. fol. 471.

[b] In Decimo sexto mentitos plurima sæclò
 Suspicio Historicor. quotibet in folio. Joan. Owenus
 Oxon. L. 1. Epig. 24.

innumeras exinde fabellarum tenebras,
ingenti etiam non rei literariae duntaxat
sed et Catholicae Religionis dispendio,
ad pudorem usq; posteritatis toto orbe
dispersit. [a] Posterius vero quod
Acta sanctorum percurrenti prima fronte
occurtebat, erat id ipsum, quod primitus
in Disputatione paulo ante indicata
ex Clariss. P. Priore Oberriedtano audi-
re licuit: Duorum scilicet aut etiam
plurium Guilielmorum Acta, intricabili
mixture semel atq; iterum esse confusa,
et ex duobus praecipue unum esse con-
flatum. Guilielmum Magnum Eremitam:
cuius quidem confusiois primum Autho-
rem fuisse Joannem Flajum quemdam
Guilielmitam Parisiensem prodidit
Joannes Bestius Historia Lictaviensium
et Aquitaniae Ducum insignis scriptor,
qui idem Joan: Flaj librum ceu fabellis
plurimis et parachronismis deturpatum
acerbe satis perstrinxit. De utroq; hoc
viro inferius iterum fiet mentio.

[a] Joan: Trithem. in Annal. Hirsang hinc inde sepius
et Authores passim.

Num. 5^{us} Satis superq^{ue}, ut opinor, per hunc
 digressum ceu per anecdodem mentem denu-
 dari meam. Tempus iam est, ut promissorum
 memor, incipiam deniq^{ue}, agere huic de sancto
 Guilielmo Historia superfluos errores et
 errantia symptomata per criticum cathar-
 sium expellere, et eam integram sanamq^{ue} pristi-
 nae sospitati restitutam producere. Id
 autem antequam ex ordine prostem, illud
 nobisimum claritatis ergo enucleare exordi-
 or, in quo universus cardo controversia ver-
 titur: Utrum Dux Aquitaniae IX. et Ulti-
 mus sit ipse ille Guilielmus Magnus
 Eremita Ordinis Institutor, qui in stabulo
 Rhodis sancte obiit A. 1157. Tot miracu-
 lorum prodigiosus Thaumaturgus?
 Quem si non in stabulo Rhodis, sed viginti iam
 retro annis in Hispania ad Compostellam Galli-
 cie ex hac mortali vita, positus ibidem ad
 Aram Divi Apostoli Jacobi exuvijs celsis se
 satis probavero, per se deinceps cetera
 omnia per facile cluebunt.

§ 4^{us}

Quis & Qualis fuerit
Guilielmus IX. Dux Aquitaniae
ultimus? à unius usq; ad Finis
Synopticè narratur.

Mem. I^{us}. // Haud equidem in praesentiarum
est animus integram Guilielmi IX. ultimi
Aquitaniae Ducis Historiam per prolixam
parenthesin ex instituto adornare:
ea duntaxat, quae praesens institutum
attingunt, et quidem certa omnia, et
irrefragabili auctoritate firmata, ex-
clusa omni etopoeia, adducere, consultum
imò necessarium duximus.

Natus est Guilielmus Noster anno Redempti
Orbis 1099. [a] Patrem habuit Guilielmum VIII.
Aquitaniae Ducem, et Comitem Picavorum.
Matrem binominem Philippam Mathildem
Tolosani Ducis Filiam. Patri deinde suo
Guilielmo VIII. Anno 1126 quarto Idus Febr.
die nimirum eiusdem mensis 13. Decimo [b.]
anno obitus sui 55. è vivis sublato, successit
in Principatu Aquitaniae et comitatu

[a] Henschen. in Actis. S. Febr. Tom. 2. fol. 938.

[b] Quia eodem ipso die 10. febr. etiam mortuus est sanctus
Wilhelmus in Abbatu Rhodisii 57. hinc occasio data
erroris duos Guilielmos in unum confundentis.

Pictaviensi. Anno 1130. Mortuo Honorio
 2^o Pontif. exortum est schisma famosâ
 pernicie notum Petri Leonis, qui sub
 nomine Anacleti II. Pseudo-Pontifex
 contra Innocentium II. Verum et unicum
 Christi Vicarium Tyrannidem diu exer-
 cuit, atq; Ecclesiam Dei miserandum in
 modum dilacerandô afflixit. Sub
 initium quidem huius nefandi schismatis
 Dux Guilielmus cum Aquitania uni-
 -versa partes Innocentij laudabiliter
 sequutus {A} mox tamen à Gerardo Engo-
 -lismensi Episcopo, et Agidio Tusculano
 Cardinale Anacleti Fautoribus actus
 in transversum, magnisq; corruptus
 muneribus, totus quantum post vias
 peccatorum abiit, non schismaticus
 duntaxat, sed et crudelis persecutor
 factus eorum omnium, qui partes Inno-
 -centij iuebantur {B} Monachorum pro-
 -cipue, quos in ipsâ Festivitate Sancti
 Joannis Præcursoris Domini sacra solen-
 -nia celebrantes ex Ecclesiâ violentâ

2. {A} Diploma Colleg. Canon. S. Hadegund. citat. ab Hensthen.
 fol. 439.

1. {B} Ordericus Vitalis l. 2. Hist. Eccles. Author
 Synchronus. Cod. MS. novi monast. Pictav.
 Item Labbeus in miscell. Curios. c. 20. § 8.

impietate eiecit, thesauros sacros ausu
 sacrilegò diripuit, et viros Religiosos
 Monasterij Angeliacensis crudeli vexa-
 tione vehementissime afflixit. cuius
 tamen sacrilega invasionis postea poeni-
 tens, largis eisq; Solemnibus Donati-
 onibus eidem Monasterio abundanter
 Satisfecit, coràm Monachis in Capitulo
 congregatis mirà humilitate prostratus,
 supplici habitu tanti erroris veniam
 exoptans. [a] Hunc igitur Lupum
 ferocem ovile Christi rapaci insultu
 undiq; dispergentem cicurandi Spartam
 Anno 1131. Innocentius comisit duobus
 Viris illò avò præstantissimis, Gosleno
 nimirum Episcopo Suesionensi, et Bernar-
 do Lava raris Abbati sanctissimo.
 Uterq; tum scriptis, tum presentibus
 verbis patheticè inbandò, nullum non
 movebat lapidem, obsecrandò item et
 increpando monachos continuo, ut à
 schismate Principem averterent, eumq;
 Ecclesie Gremio restituerent. at

[a] Diploma Monast. Angeliac. cit. ab Hensten.
 in Actis S. Felis. Fol. 939.

irritō tum quidem conatu. Indu-
 -ratum Cor Guilielmi eousq; callem ob-
 duxit, ut in silicem metamorphosizatum
 crederes. Integris quinque annis
 restitit Spiritui Sancto, qui per os Ber-
 -nardi loquebatur ad Cor. Anno
 deniq; 1134. Sanctissimus Abbas è con-
 -cilio Patrum Lisis congregato redux
 in Galliam, rursus emolliendo schismati-
 co Principi totā emphasi omnem impen-
 dere operam institit; quod tandem
 Dei miserentis Gratiā feliciter cepit.
 Anno siquidem 1135. [a] per epistolam ad
 Principem scriptam, ad alloquium rursus
 ut admitteretur, sumis et imis precibus
 supplex rogavit Bernardus. Voti
 demum compos factus, post iteratum
 cum fastuoso Duce congressum, vi de-
 niq; occultā, et improvisō lumine tactus
 Guilielmus, imensā cum primis Dei Eucha-
 -ristici virtute, Cuius Majestatem
 Vir Sanctus generosō ausu, iam non

[a] S. Bernard. Epist. 126.

Supplex sed igneo vultu, oculisq' miras
 spirantibus, ob oculos presentem exhi-
 -bebat, velut alter faulus {a} illico in
 Terram prostratus ad instar epileptici
 ore in salivam diffluente Terribili euila-
 -tu orem Bernardi inclamans victas
 Dedit manus, atq' eiurato schismate
 ad Obedientiam Innocentij, adeoq' 7
 Gremium Matris Ecclesie redijt.
 Neq' tamen ex integro tunc resipuit
 vir bellicosus et acer. sacrilegus
 atq' rapinis vivere diu suetus.
 abdicato quidem Anaclito Pseudo-Pon-
 -tifice, Innocentium Papam legitimum
 professus, Episcopos nihilominus et
 Abbates per schisma suis sedibus pulsos,
 ut restitutis Ecclesiasticis Bonis suas
 in Ecclesias redire permittere
 avaritia imersus sordibus necdum con-
 sensit. Imo eodem adhuc anno corrente
 ingenti Ecclesie sanctae iniuriam Terri-
 -cos S. Hilarij e Civitate expulit {b}

{a} Spondanus in Epit. Annal. Eccles. Cas.
 Baronij ad annum 1135.

{b} Epist. S. Bernardi 123.

ubi ipsemet acerbe conquestus est. Sanctus
Bernardus in Epistola ad ipsum Guiliel-
mum hac de causa tunc perscripta, melle
et aceto permixta huius tenoris: *Agnosce*
re se quidem Mutationem Dexteræ
Excelsi, Sed mirari, quò cuiusvè con-
silio tam subito in deterius sit mutatus,
ut rursus ad iniuriam Ecclesie (Teri-
cos S. Hilarij de Civitate excelleret,
et iram Dei in se gravius quam primum ex-
citaret.

Anno etiam sequenti
1136. [A] Guilielmus nondum malorum satur
ab Godredo Andegavensi Principe contra
Stephanum Regem Anglorum in societatem
belli aditus, cum ingenti exercitu Dux
suo avo potentissimus Normanniam invasit,
ubi rursus per universam Normannorum
Regionem, omnia susq; deq; eversa, ^{diruta}Templa
divorum eversa, vel dirupta, Monasteria
sacra suppellectili spoliata, eiecti iterum
Monachi, sacerdotes innumeris vexati iniu-
rijs, cædes undiq; et incendia, ita quidem,
ut Exercitus iste Aquitanus non occupare

[A] Holland. in act. S. Febr. Tom. 2. fol. 440.

pro Andegavensi Provinciam, sed
 evertere eam proorsus decrevisse vide-
 retur. Sed non tarda fuit irati
 Numinis animadversio. mox à tergo
 institit vindex Scelerum Divina Nemesis.
 intra Tredecim ~~Die~~ ^{Sept} ~~domades~~ ^{domades} totus pro-
 pmodum exercitus Diaræa profluvio
 sedè disfluxit; pauci in Galliam Trepidi
 cum dedecore foetentes evaserunt, tur-
 pissima post se relinquentes vestigia | A/
 Gerardus præterea Anacleti Pseudo-
 Legatus Cardinalis Episcopus Engolimen-
 sis, seductor ille Guilielmi, & omnium
 inventor malorum in schismate obdura-
 tus eò ipso tempore Divinam in se con-
 citavit vindictam, repertus de nocte
 in thalamo repentinâ morte extinctus
 toto corpore foetissimò fumore deforma-
 tus ad horrorem, cui ne Tellus quidem
 honestam concessit quietem. corpus
 siquidem Schismatici Præsulis in privatâ
 quâdam Ecclesia clam depositum iussu
 Gauffredi Cantuariensis S. sedis Legati

[A] Ordericus Vitalis lib. 13 Hist. Eccles.
 Item Bestius dans l'Hist. des Evêques de Boitiers.

effossum denuò et negligenter abiectum
 ignobili ac profano loco in rus abiit et
 Panem. Nepotes porro eius omnes ab
 sinaculo Ecclesiasticis aucti muneribus
 ab officijs deiecti, debitas suorum cri-
 minum iussi sunt exolvere poenas, Deo
 exosi et hominibus. [a] His demum
 contritus malis, et patentibus adeo
 irati Numinis prodigijs, ex alieno etiam
 periculo cautior Dux Guilielmus,
 atrocitate scelerum suorum salubri
 timore pavidus, serio iam misericordis
 Dei bonitate totus in se rediens seve-
 ram sibi indixit poenitentiam, peregrin-
 ationem nimirum difficillimam ad ex-
 tremas Hispaniarum oras Compostellam,
 ubi ad Divi Jacobi Apostoli sacras exuvi-
 as Voti et Religionis causâ ex toto
 orbe Christiano frequentissimi confluant
 peregrini. Compostellam igitur illustri
 comitantium stipatus symmate peregrinè
 profectus Dux poenitens Guilielmus,
 mox itinere necdum exacto, lethali

[a] Henr. Prondanus in Epit. Annal. Baronij
 ad an. 1135. Item Bernard. abbas bona-
 vallis in vita S. Bern. Clarevall. d. p. 2. c. 6.

correptus morbo, ^hmo Christi Corpore
 multā cum devotione percepto, sua
 imortuus poenitentia piissimē in
 Domino obdormivit ipsā Feria sexta
 Parasceves Anno 1137. v. Idus Aprilis,
 unicam post se relinquens Heredem
 tredecim Annorum puellam Principem
 Alionoram / Eleonoram / quam cum ditissi-
 ma Dote totius Aquitania, atq;
 Pictavia Comitatus Amplissimi, ultimā
 voluntate coram Proceribus sibi mori-
 enti adstantibus, Ludovici VI. Gallorum
 Regis Filio Ludovico VII. desponderi iussit,
 quod et factum postea solemni universa
 Gallorum Gensis Tripudio. [a] Eadem
 tamen Eleonora quarto post obitum
 Patris Anno, videlicet 1151. facto cum
 Ludovico divorbio, nupsit Henrico
 Normannorum Duci, qui dein Anglorum
 Regno potitus uxorio nomine repetitā
 à Gallo dote Aquitaniam sibi cum Picta-
 via Comitatu vindicavit.

[a] Orderic. Vital. l. 13. Hist. Ecclēs.

[b] Gervasius Dorovarnensis scriptor seculi XII.

Hæc igitur de Guilielmo IX. Ultimo Aquitanorum Duce vera sunt et sincera. reliqua verò quæ de Eo à varijs narrantur, plerq; Sublestæ fidei, Suspecta, aut omnino ad Fabulas amandanda.

Num: ^{2^{us}} Unum ego in rem Nostram signanter adverti cum Eruditissimo Henschenio [a] Guilielmum VIII. Nostrum, de quò agimus, Guilmi Parentem diem obiisse extremum IV. Idus Februarij, qui est eiusdem mensis X. quò ibidem die uno et tringinta annis postea etiam in stabulo Rhodis mortuus est sanctus Guilielmus M. Eremita. unde nova erroris occasio nata est, ut dum dies obitûs Patris perperam adscriptus est filio, hic dein pro ipso S. Guilielmo Eremita Ordinis sacri fundatore sit habitus, initium errandi faciente Bucheto, Authore in hoc quidem scribendi genere admodum facili, et idcirco sæpius delusio et deludente, atq; ob id ipsum à laudato

[a] in Actis SS. Febr. Tom. 2. fol. 439.

Henschenio haud semel acerbius vapulante.
 placet ipsissimam Doctissimi Viri Crispi in
 Bucheti sententiam proprijs atlexere verbis:
 „[a] Novam et multum intricatam hic ingerit
 „ rerum perturbationem Buchetus, et post
 „ pauca: „ Buchetum describunt Paradisus,
 „ et Joannes Hajus. hunc sequuntur Hubber,
 „ Jus Miræus lib. 2. Orig. Ord. S. Bened. c. 16.
 „ Guilielmus Nævius in Erem. Augustin. c. 2
 „ Vita S. Guilielmi, Janucius Picus in eiusdem
 „ vita. Ecce quam sit facilis descensus
 „ averni, ubi ductor unus per devia errans
 „ plurimos post se ipsdem involvit syrtibus, et ten
 „ per ignem fatuum delusos, sponte currentes secum
 „ præcipitat; unde plurimos dein enasci errores
 „ necessum est.

Num: 3^{tius}
 Prolixior porro fierem, quam
 presentis Institutii ratio exigit, si quasi-
 -bet de Guilielmo Duce narratiunculas, que
 viris nostri ævi eruditissimis suspicionem fabula
 cient, hic atlexere liberet. sunt, qui velut
 ex cyclopiibus procreato, imarem ei corporis
 molem appendunt, et Gigantem deformant
 tanta edacitatis, ut vitulo integro indies
 unô iusculô vorando par fuerit insatiabilis
 [a] in Act. S. loc. cit. §. 3. n. 20. Fol. 437.

hic belluo. Alij indolem indomitam, ferocem,
 atq; in omnem libidinem effusam eidem affin-
 gunt; quae tamen vitia suo potius Avro Guili-
 elmo VII. adscribenda censet. saepe laudatus
 Henschenius [a] Quidam perfrictae frontis
 adulterum et impudentissimi incestus reum
 pronuntiant, utpote qui proprii fratris Ger-
 mani uxorem Herodianam rabie infamis, in-
 tegro triennio et amplius violenter tenuerit.
 quod tamen crimen Guilielmo VIII. eius Pa-
 renti verius et rectius adscribitur, utpote
 qui dimissam coniuge Hermengarde, sive, ut
 Ordericus eam vocat, Hildegarde, Malber-
 gionem Aivaldi vice-Comitis de Castello
 uxorem infami adulterio superinduxit,
 citatus ob id a Pontifice Calixto ad concilium
 Rhemense, in quo etiam Hildegardis
 causam suam contra maritum adulterum
 rara eloquentia ipsa coram Patribus
 multo cum gemitu exposuit. [b] Taceo
 intricatissimas alias de eodem argumento
 narrationes quam plurimas, quae longiori
 contextu allegata videri possunt in Actis
 sanctorum Bollandi saepe citatis. [c]

[a] loc. cit. num. 19.

[b] Orderic. Vital. scriptor coaevus, qui tunc in Normania
 monachus vixit, lib. 22. Hist. Eccles.

[c] à fol 433. usq; 443.

Num: 17^{us}

Quod quod ulterius effari
 haud diseros postquam Authores omnes,
 quoscunq; demum solerti indagine lustrare
 mihi licuit, de hoc nostro themate tractan-
 tes, attentâ mente perlegi, accuratò etiam
 studiò ad Chronologicam statem apertos
 haud perfunctoriè examinari, id demum
 aperte deprehendi, quod iam longius ante
 me Sambson Huius Parisiensis non sine
 Somacho conquestus est: [a] a quibusdam
 et tot et tam absurdas fabulas cum purissimâ
 et veritate pugnantes de sanctissimo Con-
 fessore, et Eius Ordine recitari
 Et profectò tot fantasq; inconcinne catena-
 -tas, sibiq; undiq; contradicentes Anamorphoses
 hanc Historiam foedè turbantes, quisquis
 penitus perpendit, mox ille mecum ad-
 -vertet, primum illos fabulose narrationis
 confarcinatores, aut propositè pios,
 aut imperitè Simplices, aut demum prodigi-
 -ose Novitatis cupidos, ut Vitam Sancti
 Guilielmi admirabilem magis et stupendam

[a] Sambson Huius in prefat. libri de vent. vite
 et ordin. S. Guil.


posteris exhiberent, auxēsī prorsus inegitā
 sed fabulorū illō avō haud infuetā, lepidā
 congerie talia ē Morshei pulvilo decompa
 consuisse, eā intentione, ut S. Guilielmo
 Natalium splendorem ex adscititiā
 Ducum prosapia adstruerent, atq; conver-
 sionem eius stupendam magis, vitamq; sancte
 transactam prodigiosis narrationibus seu
 veteris seu fictis illustriorem orbi postero
 obtruderent. Hoc ut ad fictitium splendo-
 rem felicius, si Superis placet, praestarent,
 quidquid horrendi sceleris, quidquid stu-
 penda novitatis, aut facti magis portentosi,
 hinc inde ex gestis omnium Guilielmorum
 congerere potuerunt, id omne quampluri-
 mum amplificatum, atq; in deterrimam
 partem contortum [a] uni Guilielmo nostro
 improbā pietate asinxerunt. quemadmodum
 postea ea omnia quae Guilielmi universi
 diversis etiam saeculis laudabilia, aut
 sancta praestiterunt, in unum item imperitō
 compendiō congestere Guilielmum, cuius
 Historiam amplificare per fas et nefas decreverūt.

[a] Acta S. Febr. S. 4. n. 27. fol. 739.

Num ^{4us} 5. *Satis Superq;* hactenus prolusur.
 iam recluso demum cortice nucleus investi-
 gandus, quem in apricum pono Synoptica hac
 Syntesi: *Guilielmum IX. Ducem Aquita-*
niae Ultimum et Pictavorum Comitem, in
stabulo Rhodis vixisse nunquam, minus ibidem
mortuum: nusquam item Eremiticam egisse
vitam: nullum unquam instituisse Ordinem
Sacrum: Nunquam etiam sanctorum fastis
insertum, neq; publicam in Ecclesia Atho-
 -lica Duliam *Ei ab ullo Pontifice decretam*
esse; adeoq; *S. Guilielmum Magnum*
Eremitam, sacri Guilielmitarum Ordinis
Proto-parentem, Patria, Sanguine, Etate,
vita Institutio, Sanctitate, Miraculis,
totò demum Homine, ab Aquitano illo
Principe per S. Bernardum à schismate
ad fruges reducto omnino diversum esse
docebinus.

Hac candidè adeo et confidenter asserentem,
ne me ullus temerario iudicio praeveniat, sub-
misit rogo, quousq; ea omnia, quae mox sub-
 -necto, pronuntiata sententia Testimonia, et
chronologicas supputationes expendit.

Tus.


 uilielmum IX. Ultimum Ducem
 Aquitania per S. Bernardum
 à schismate reductum, perperam
 statui pro Guilielmo Magno
 Eremita Ordinis Institutore
 methodo Synthetica demonstratur.

Num: i^{mus}
 omnis est omnium omnino utri-
 usque Aeri Peritorum, atq, Ipsius etiam
 Ecclesie Sanctae Catholicae assertio | a | nemi-
 ne haecenus vocata in dubium, Sanctum
 Guilielmum Eremitam Virum prodigioso
 Sanctitatis mortuum esse in Aetruria, loco
 Provincia Tusca, qui stabulum Rhodis voca-
 tur, die decimo mensis Februarij Anno 1157.
 Probandum igitur hoc unum incumbit modo:
 Guilielmum illum Aquitania Ducem Ultimum,
 stabuli Rhodis Eremitam incoluisse nunquam,
 neq, in illa diem obijisse supremum: non
 etiam Anno 1157. die 10 Febr. esse defun-
 ctum; sed viginti citius annis, Anno 1137.
 die itidem non 10^{mo} Februarij, sed 9^{no} Aprilis
 (a) Martyrol. Rom. 10 Febr.

in extremis Hispaniarum finibus Galliciae
Provinciae, suae feliciter in orbem esse
poenitentia, atq; ad S. Apostoli Jacobi
celeberrimum Compostellae cenotaphium
ante Principalem Aram depositum.

Totus igitur in hoc uno vertitur contro-
versiae praesentis cardo. Si enim Dux ille
Guilielmus Anno 1137. in Gallicia nono
die Aprilis mortuus est semel, qui dein
mori iterato potuit post annos viginti
in Tuscia? in qua tamen S. Guilielmum
Eremitam Sabuli Rhodis Incolam obijisse
Anno 1157. 10 Febr: extra dubium constat.
Universa illa sigmentorum strues per se
uno lapsu corruit, ubi unum hoc porisma
extra contradictionem fuerit in plano
firmatum. id quod triplici, eoq; irrefra-
gabili probationis genere confidenter
me effecturum spondeo.

Num: 2^{us}
Primum, idq; praecipuum
probandi genus habetur sicut verbis Car^{mi}
Nostri P. Marquardi Hergott S. Caes. Ath. M.
Historiographi Sinceris ac authenticis Char-
-tis res Historicas firmare. [a]

[a] P. Marq. Hergott in Genealog. Diplomat.
Aug. Genit. Prolog. i. fol. 12.

Inber Eruditos Bollandi socios, nostrosq;
Congregationis S. Mauri Benedictinos, et
maximè Mabilonium decisum omnino est: Stan-
dum esse potius pro Testimonio Diplomatico,
quàm pro scriptoribus etiam coævis. Taxo
igitur ut per Diplomata Regia clueat
asserptionis nostra veritas.

Ludovicus VI. Cognomento Crassus Rex
Galliarum eodem ipso anno, quo mors Gu-
ilielmi contigit, Ecclesijs Aquitania
Privilegia confirmavit Diplomate, quò
obitus Ducis expressa fit mentio. exstat
autem hoc ipsum Diploma apud Philip-
Labbeum in Miscellaneis Curiosis c. 12. §. 10.
quod integrum legi apud Bollandum
[A] cuius hoc est initium: „In Nomine sanctæ
„ & Individuæ Trinitatis Amen. Ludovi- „
„ vicus Dei Gratia Francorum Rex. Tibi „
„ Dilecte in Domino Gaufride Burdegalen „
„ sis. Archi-Episcopo & circa medium: „
„ Prænomiatis Episcopalibus Sedibus, et „
„ Abbatibus eiusdem Provincia, quæ [B] desun „
„ -cto Illustri Aquitanorum Duce, ac Comite „
„ Pictavis Guillelmo per Filiam ipsius „
[A] Act. N. Tom. II. §. IV. n. 32. fol. 440.

1 Alienordam iam dicto Filio Nostro Ludovi-
 2 co sorte Matrimonij cedit. Subscriptio
 3 huius Diplomatis est isthec: Actum Pari-
 4 sjs in Parlamento Nostro publice Anno
 5 Incarnati Verbi |B| MC LXXVII. Regni
 6 Nostri XXIX. Ludovico Nostro |Filio| in Regem
 7 sublimato Anno IV. in presentia ☉ ☉.
 8 Diploma alterum eiusdem ferme tenoris
 9 concessit Ludovicus VII. cognomine Junior,
 10 eo quod a Parente etiamnum vivo in Reg-
 11 ni societatem assumptus fuerit, quod ab-
 12 scribatum ita sonat |A| Ego Ludovicus
 13 Junior Magni Ludovici Filius D.G. Rex
 14 Francorum et Dux Aquitanorum Tibi Gau-
 15 fride Burdegalsis, ^{Archiepi} Episcopo cum suffraga-
 16 neis ducimus annuendum, et in sede
 17 Burdegalsi, et in prenominationis Episco-
 18 palibus sedibus, Abbatibus eiusdem Provin-
 19 cie, quae |B| Defuncto Aquitanorum Duce
 20 et Comite Pictavis Guillelmo, per Filiam
 21 ipsius Alienoram nobis sorte Matrimonij
 22 cedit. Subscriptio est ista: Actum Burde-
 23 galensi in Palatio Nostro publice, Anno
 24 Incarnati Verbi |B| MC LXXVII. Regni
 25 Nostri IV. in presentia ☉ ☉ |B|

|A| Act. P. Tom. 2. num. 33. Item Renatus Choppinus
 lib. 1. Sacra Solitudo Tit. 7. num. 3.
 |B| Labbeus in miscell. curios. c. 12.

Huius etiam Diplomatis meminit Claudius Robertus in Gallia Christiana, ubi de Archiepiscopatu Cuiusq; suffraganeis Episcopatibus antea Duci Guilielmo subiectis agit. Neq; ullum superest de legitima horum Diplomatum Authovitate dubium, accedere Universae Historia Ecclesiastica assensu, ab Illustrioribus Regni Proceribus, atq; Ecclesiarum Gallicanarum Antistitibus, propriae praesentiae et solennis subscrip-
 tionis irrefragabili Testimonio satis superq; comunito. [a] ut porro Diplomatum Regis nec minima adulterina suppositi-
 onis suspicio affingi a quovis unquam possit. Regium etiam sigillum Ludovici VII. appensum ipse inspexisse se confessus est Joannes Buchetus ceteroquin nostra sententia ex professo iniquus [b] in cuius sigilli altera parte conspicuus est Rex in Throno sedens, in altera vero Princeps armatus in equo manu gladium gestans. Obitus ergo Guilielmi Ultimi Aquitanorum Ducis, Pictonumq; Comitum Diplomaticè probatus, et in Annum 1137. feliciter statutus manet, permanetq;.

[a] Godef. Hensch. l. c. in Actis. p. n. 33.

[b] Jo: Buchetus parte 3. Anal. Aquit. c. 3.

Num: 3^{tius} Joannes igitur Buchetus
 mox laudatus seculi XVI. scriptor satis
 famosus, pluribusq; tum metro tum prosa
 scriptis Gallicò Idiome libris egregie
 suo orò inclarescens, maxime ob *Annales*
Aquitaniae ab origine gentis usq; ad annum
 1545. deductos comendatus, advertens se
 invincibili inspecti Diplomatis fidei aperto
 iam Marte contraire neutiquam posse,
 imbibita nihilominus Opinione, constanter
 magis quam prudenter tenax, ut *Guili-*
elmum IX, etiam contra agitam veritatem
 nihilominus *Eremitam sanctum*, et *Ordinis*
Fundatorem porro assereret, ipsi luci
 offundere tenebras est ausus, plausibili, si
 Superis placet, propria ex *parencephalide*
 veluti ex *Tripode* de prompto sigmento,
 quod lepide admodum hunc in modum com-
 mentus est *Vir sagax*: *Primo*, ut magis
 candidus appareret, fatetur ipse, omnes
 4 *Rerum Gallicarum* scriptores tradere,
 4 *Hunc Ducem Guilielmum Anno MCXXVII*,
 4 *in Gallia apud S. Jacobum vitam fun-*
 4 *ctum esse.* Mox tamen liberali

licentiã primus omnium asserit [a] Eum
 in illã ad S. Jacobum peregrinatione,
 morbum, morbumq[ue] Simulantem, nocte
 mediã in veste dissimulatã, unõ tantum
 alterove conscio, à suis se subduxisse,
 ac fugisse. Ecce! Novum iam se-
 culi xvi. Alexium in Guilielmo, insufflan-
 te spiritum Bucheto redivivum, inter
 suos mortuum et viventem tamen. Terri-
 -le omnino fuit Bucheti avum paradoxa
 eiusmodi Novitatis. Delusa est à
 reviviscente suo Rege Sebastiano credu-
 -la nimis Lusitania. Rubet etiam pium
 ex pudore à duobus redivivis, scilicet,
 Demetrijs foede decepta Moscovia.
 At non ita facile illuditur Gallorum
 Genti sagacissima, Galli haud facile sueta.
 Analphabetum fanè in re Historica
 oportet esse eum, qui fidem Diplomatibus
 derogandõ, fabellis eam novõ quo-
 -vis proutu excoGITatis vellet adstru-
 -ere; ut mirum proinde sit, Buche-
 -tum novã hãc Diplomata obsuscandi
 ratione, viros quam plurimos, et ipsum
 etiam Sambonem hãc sua in partes
 tam facili et scenicõ probandi ritu,

[a] Henschen. in act. f. l. c. §. 3. n. 56.

pertrahere unquam potuisse. ego
 profectò supervacaneum proorsus astino
 ubi Veritatem per Diplomata feci
 conspicuam, eidem, fabulas refutando,
 proposità probandi superfluitate,
 novas adspargere tenebras.

Buchetum de cætero qui vapulantem
 nosse avert, Acta sanctorum Bollandi
 sæpius citata per otium legat, ha-
 bebunt quod delectet. ego serijs
 probandi Argumentis intentus, ad
 præstandum, quod proponi, festino.

Num: 4^{us}

Alterum Genus rem His-
 toricam Firmandi Diplomatica probati-
 -oni proximè super, est synchronorum scripto-
 -rum assensus, et maxime præsens oculato-
 -rum testium constans attestatio: quo enia
 vivo proximior est narratio, prociù magis
 à dubio et corruptionis suspitione eius
 reputantur asserda: edacis siquidem na-
 -tura est Tempus, paulatim ipsa etiam
 senescit Veritas, rugas ipsa contrahit dum
 fit vetula, deperditò plerumq, Nativò ori-
 -ginis nitore. Hoc porvò probationis
 genere nostram statumirandi sententiam
 perquam facilis labor est, postquam multa

proceſſit, eaq; ſtudioſa Lectio Librorum
in rem conducentium.

Primum omnium non coævus tantum ſed
etiam præſens ſctis rei geſtæ et Index aſſer-
tum hoc noſtrum egregie adſtruit ſugerus
Abbas S. Dionyſij Regius Ludovici VI.

Minister Arcanorum Regni intimè con-
ſcius, et deinceps à Ludovico VII. Guilielmi
Genero præcipuis Regni negotijs præfectus,
qui etiam inter Magnates & Proceres
Gallia ipſemet ſua manu præſens ſubſcripſit
Diplomati Numero præcedenti adducto.

Sugery autem ipſiſſima verba ſunt iſthæc:

[a] „ Cum Miliduro Caſtrum Beſiſiacum per-
veniret | Rex Ludovicus VI | celeriter ſubre-
cuti ſunt eum Nuncij Guilielmi Ducis
Aquitania, denuntiantes Eundem Ducem
ad S. Iacobum peregrè profectum in via
demigrâſſe: ſed antequam iter aggredere-
retur, et etiam in itinere moriens filiam
nobiliffimam puellam, nomine Alienor,
deſponsandam, totamq; terram ſuam
Eidem retinendam et deliberâſſe, et dimiſiſſe. ☉

[a] Sugerus Abbas in vita Ludovici VI.

et post pauca indicat se ipsum socium
 itineris, et universi Negotij administrum
 precipuum fuisse, dum ait: „Nos autem
 „Familiares Eius, et quoscunq, Sanioris Con-
 „siliij reperire potuit, ei concopularit
 „Quis porro Tanti Viri testimonio prudens
 contradicere ausit?

Peter dein coarvus scriptor ex eodem
 S. Dionysij Monasterio Religiosus Abbat
 sui Sugerij vestigia secutus [a] Ludovici VII.
 Junioris res gestas conscripsit, ubi id ipsum
 de Guilielmi ad S. Jacobum morbe et Testa-
 mento clarissime adstruit. [b]

Tertius accedit Teulfus Monasterij
 Mauriniacensis in Diocesi senonensi Mona-
 -chus, qui in Chronico sui Monasterij usq, ad
 Annum d. i. 47 deducto ita habet: [c] Guilielmum
 „Pictavorum Comitem ad S. Jacobum peregrin-
 „ationem aggressum asperâ infirmitate
 „detineri, et usq, ad mortis difficultatem conti-
 „git perduci. et iterum post pauca: „Ipse
 „vero Guilielmus rebus humanis exemptus
 „in eadem Ecclesia B. Jacobi est humulatus.
 quid clarius unquam?

[a] videtur is esse Odo de Dieglio, cuius meminit
 Hiacynt. Ambr. de Graveson. sec. 12. fol. 249.

[b] in Vita Ludovici Junioris.

[c] Chron. Mauriniac. lib. 3.

Quartus nostra Sententia irrefragabili
 Testimonio subscribit Germani Candovi
 Integerrimus Chronographus Otto Frisingensis
 Episcopus itidem coaevus, utpote qui
 Anno 1138. in Episcopum Consecratus, omnia
 sui temporis gesta solerti industria cupide
 conquisita iusto volumine posteris transcripsit,
 hodie dum Eruditis Omnibus sumo in pretio
 habitus. |a|

Quintum lubet addere Talem Tantumque
 Virum, qui vel unicus sufficeret assertioni
 Nostra ab omni prorsus Dubio sola Authovitate
 sua eximenda, Ordericum Vitalem,
 qui in Normannia Monasterij Viticensis
 Monachus quinquaginta sex integros annos
 in Monasterio vivens, omni Eruditionis
 genere excellens Historiam Ecclesiasticam
 scripsit, quam Anno 1142. absolvit; adeoque
 quarto post obitum Ducis Guilielmi Anno,
 cuius Verba luce haud minus clara haec sunt |b|
 Anno MCXXXVII. tertia Septimana Martij
 Stephanus Rex in Normanniam venit. . . .
 Eodem tempore Guillelmus Pictaviensium
 Dux memor malorum, qua nuper in Nor-
 mannia operatus est, poenitentia motus,

|a| Otto Frising. lib. 7. Chron. c. 21.
 |b| Ordericus Vital. lib 3. Hist. Eccles.

ad S. Jacobum peregrè profectus est. deinde
 Feria VI. Parasceve v. Idus Aprilis sacrâ
 Communionem munitus est, et ante Aram Beati
 Apostoli venerabiliter defunctus est.
 Filiam verò suam Ludovico Juveni Fran-
 corum Regi Coniugem dari præcepit,
 ipsumq; Regem totius Juris sui heredem
 constituit. Tali iam Testimonio non est,
 quod ultra addamus. Possem enim verò,
 si quidem opus foret, plurimis eiusdem tenoris
 Testimonijs paginas haud parùm multas
 excornare; tedijs tamen evitandi causâ super-
 sedeo proposita brevitatatis memor, et
 citationes duntaxat huc ad calcem appono,
 curiosiori cuiusvis Lectori indubitatam asser-
 tionis Nostræ fidem satis superq; indicaturas.

Sunt autem isthæc:

Robertus de Monte in supplem. Chron. Sigeberti
 Annum 1137.

Miræus ex MS. Orteliano.

Vincent. Bellovac. in Specul. Hist. l. 27. c. 13.

Philipp. Labbeus in miscell. Curios. c. 12. §. 17.

Chronie. Gaufredi MS. citat in act. D. Pol. T. 2. F. 442
 ubi etiam plura MS. Chron. et Tabellaria videti
 possunt.

Vum: 5^{us}: **Tertium** Probandi Genus ab
 Argumento negativò de promptum, est alium
 ubiqs. Silentium omnium scriptorum tam
 coaevorum, quam saeculis proximè subsequen-
 tibus de Ipso hoc Guilielmo IX. Ultimo
 Aquitanorum Duce scribentium, quorum
 ne unicus quidem, imò nec Ipse S. Bernardus
 post Eum in vita superstes, vitae eius Eremi-
 ticae, aut Ordinis alicuius Religioni ab Eò
 instituti, ne uno quidem apice meminit.

Certum omnino est saeculo Christi XII. XIII. et XIV.
 Neminem inter scriptores universos reperiri,
 qui S. Guilielmum Magnum Eremitam in
 stabulo Rhodis demortuum, Gallica Genti
 attribuere, aut ex Aquitania Ducibus
 prognatum asserere unquam sit ausus.

Solum ex eipio Theobaldum Episcopum, de quo
 paulò mox singulatim agendum, adeò, ut fa-
 bellas omnes saeculo primùm XV. Historia.
 huic infelici rerum omnium misturà aspersas
 fuisse liquido constat ips omnibus, quibus
 cordi magis est Veritas per sanctam Cris-
 tiana, quam ex proprio amore spurie enata
 caprivianis parentecephalidis per tirax
 opinio.

Compendio rem universam ceu Iliadem una
 duce concludit Doctissimus Joan: Bollandus,
 dum ait: [A] Nec haec ullum Aucto-
 rem, de cuius veritate aliquid certi constat,
 reperire contigit, qui intra trecentos circi-
 ter ab obitu illius [Guilielmi] annos, inbecil-
 lem aliquam aut dubiam objecerit opini-
 onem, ex qua colligi posset, unum Eundemq[ue]
 virum esse Guilielmum ultimum Ducem Aquitaniae a S. Bernardo conversum, et sanctum
 Guilielmum Ordinis Guilielmitarum Lavrentem, qui post Eremiticam vitam in
 stabulo Rhodis apud Rufelanos in Calabria
 sancte vitam X. Februarij defunctus sacro
 in Ecclesia cultu honoratur. Nescio ego,
 num Talis Viri, cuius stupendi pro Ecclesia
 sancta labores Historici, totius Orbis appro-
 batione celebrantur, Synopticum hoc essatum
 ullò rursus colophone illustrari magis possit.
 Decisum igitur omnino manet contra Spi-
 rionem posterioribus seculis tam varij
 Sursuris contentionibus confutam.

Num: ^{6^{tus}}
 Unus interea et unicus stat
 in adverso Achilles Theobaldus Episcopus,
 ut aiunt et opinor, sanctitate et Doctrina

[A] Bolland. in Act. S. T. 2. §. 6. fol. 493.

conspicuus, quem quidam saeculo XIII. vitam
 huius sancti Guilielmi Magni Eremitae
 ad instantiam Provincialium Ordinis ab
 Priorum exornasse tradunt, in qua Spi-
 rio illa nobis contraria et hactenus impug-
 nata expressè tenetur: Abic est ille vir,
 cuius unius testimonio univetsa inicitur
 adverse partis opinio. At Ipsemet
 Theobaldus novâ indigeret Criticâ
 indagazione, ut Quis ille? Quando?
 ubi urquam fuerit? certò deniq constaret.
 perplexa sunt omnia et suspecta,
 plurima etiam aperte conficta; et ea
 ipsa quae speciem verae narrationis
 praeserunt, tot tantisq mendis corrup-
 ta, ut Anti-Chronismi undiq palam
 promineant. Angelus Manriquez
 cateroquin Theobaldo addictus, censet
 tamen per Chronologiam convictus, Eius
 de S. Guilielmo scripta, Apocrypha, nec
 vero similia, et Annalibus suis indigna,
 [a] Sambron Hajus Parisiensis tamen si-
 à nostra sententia ut plurimum alienus,
 inevitabili tamen Chronologicae lucis

[a] Manriquez ad anm 1190. c. 4. n. 4. in Anal. Iberic.

acie perstrictus, retortis oculis fatetur
 demum invitus: „ scripta Theobaldi indocti
 hominis manu vitiata esse; {a} Certe
 Solus Godefridus Henschenius Insignis Criti-
 -cus unò semi-folio à Numero 52, usq; ad n. 54.
 inclusive duodecim errores inexcusabiles
 contra omnem Chronologiam aperte pug-
 nantes Theobaldo ob oculos brudis, et
 plurimos eretismos totam Historiam intrican-
 tes manifestat {b} ut mirum subinde sit huius
 Theobaldi sive veri sive ficti, sequaces
 ipsa in luce usq; adeo caecutientes collyri-
 -um ex supputatione Chronica prae-
 -tissimum non adscivisse, aut etiam oblatum
 pertinaciter respuisse. Extra Instituta
 brevitatis Orbitam excurrendum mihi
 foret, si ea omnia, quae Theobaldo fidem
 Historiam ex integro derogant, per exter-
 -rum adducere luberet: quia vero Acta
 Sanctorum saepius citata abundanter adeo
 id ipsum ex instituto praestant, idq; Illustre
 Opus nostram hac aetate celebri perlausu
 in plerisq; Bibliothecis obvium sit; hinc

{a} Sambson Hajus in vita S. Guil. pag. 53.

{b} Henscher. in Act. ff. Febr. T. 2. S. 7. Num 49. et seq.

consultum haud duxi obrizo scoviam
 apprehendere. Sunt porro nonnulli, qui
 Theobaldum ex integro sternunt. alij con-
 fictum omnino logosocum, ut qui in rerum
 natura nunquam exstiterit, rigidiori censurâ
 iudicant. ego mitius quidem cum viro agen-
 dum censeo. Doctrinâ et sanctitate con-
 spicuum, fuisse perlibenter admitto, Eius
 tamen de S. Guilielmo scripta per fabella-
 rum quemdam sigulum indoctiori seculo
 foedè fuisse corrupta firmiter credo,
 qui tamen figmenta sua, sui immemor, tam
 infeliciter consuit, ut Anti-chronismi pal-
 pabili prosopopœiâ undiq; promineant.
 Id deniq; constanter edico: Vitam sancti
 Guilielmi à Theobaldo scriptam, aut omnes
 prioris ævi scriptores latuisse omnino,
 aut si qui ante surium scriptores noverunt,
 dignam tamen ex qua sua describerent,
 haud iudicasse.

Vum: ^{timus.} His tamen omnibus
 non obstantibus, quod opido mirandum!

opposita illa opinio, quã plures Guilielmi unus idemq; censebatur, adeo vulgo invaluit, ut videantur aliter sentientes, si non impie, temerarie saltem de sanctis loqui, id quod etiam mihi haud semel ab aliquibus obiectum. sed prospiciant hi tales potius sibi, ne, dum propositã pietate dicam an imperitã credulitate veritati obnituntur, sanctos offendant magis, quã fictitio cultu dilaudent.

Primus omnium Joannes Haius ex ordine S. Guilielmi Religiosus Parisiensis, si minus ipse Theobaldi corruptor | hoc equidem pro firmo statuere non ausim | primipilum saltem duxit omnium confuse adeo isthanc Historiam intricantium, nactus permagnò intenti sui incrementò, Virum celebris in Ecclesia Authoritatis sue opinionis assertorem Laurentium Jurium, qui ubi Theobaldi chartas perlegit, posthabita mox omni critica indagine, pro solita suã in conscribendis sanctorum Actis industriã, credulus magis quã perspicax, vitam S. Guilielmi à se compilatam in orden

sparsit Anno 1574, innocenti suo errore
 omnes post se eiusdem Argumenti descripto-
 res ob sui Nominis Famam perfacili impendio
 imbuens. Neq; iniurius sum in balem tan-
 tumq; virum talia audacter adeo edicen-
 do: non enim infrequens est Eruditorum
 plerorumq; censura, surij quidem immortalia
 in Ecclesiam merita ob indefessam Acta
 undiq; improbo labore conquirendi industri-
 am dilaudantium, Risi nihilominus in
 eo viro plerumq; desiderantium, adeo,
 ut vix non pro procardio audiatur passim:
 "surius criticus non fuit,"
 protactarticus deinde hic error adeo
 successu temporis increvit, ut quicumq;
 post surium eadem Acta aut integra, aut
 in varia compendia contracta successu
 temporis ediderunt, aut in alia Nationum
 Idioma transulerunt, in eandem pleriq;
 sententiam pedibus totis abierint. sed ut ad
 badium usq; prolixus fierem, si omnes,
 eorq; omnium ferme Ordinum scriptores
 citatis nominibus huc adducere luberet:
 quemadmodum enim herba se spargit in
 aristas, ita ^{ubi} opinio in orbis terre memoriam

disseminata radices fixis, increfcit continuo
ut est fecundissima plerumq; loly fatuiq;
frumenti propago.

¶ Adducuntur critica Quorundam
posterioris Aevi Eruditorum
virorum censura.

¶ Ne quis presentis Commentarij parum
aequus aestimator, nimium me forsar fidei
Uni Henschenio Eiusq; compari Joanni
Bollando attribuisse obycere mihi unquam
ex merito possis; quasi Actis sanctorum
ab iisdem conscriptis unice intentus, a via
pristinâ devius in hanc alteram partem
facilis adeo declinaverim; Faxo iam, ut
quicumq; talis probe agnoscat, haud per-
functorie aut praecipitem rem me meam
egisse. Authores profecto omnes, quos-
cumq; ad manus quidem habere potui, ex Co-
piosa praesertim Bibliotheca San. Blasiana
multâ industria conquisitos ipsemet inspexi
accuratâ acie, atq; non obiter tantum, sed
integro studio examinari, quotquot de pra-
senti negotio retractantes reperire

47 51

quò id licuit, tempore potui. Horum
ego sententias in adversaria mea reposi-
tas huc fideliter adduco.

Vum: i^{mus} Jure haud imerito omni-
um ego primum statuo Historio-graphum
sacrum toto Orbe celebrem Casarem Bato-
nium Obitum Guilielmi IX. Aquitaniae
Ducis Ultimi ad annum 1136. quò revera
contigit, recensentem. Baronij Annales
XII. Tomis praegrandibus contentos in Epi-
tomen redegit celeberrimus Henr. Pondarus
Presbyter Romanus, ipso annuente Emi-
nentissimo. Authore adhuc vivente,
cuius verba ad litteram ita sonant: | a |
Quod vero Sugerius ait, paulò ante Ludovici
Rasi mortem, cum iam gravissimè aegrotaret,
venisse ad eum Legatos Willelmi Ducis Aqui-
taniae, denuntiantes eundem Ducem sus-
ceptà ad S. Jacobum peregrinatione,
in via decessisse. Sed antequam iter aggrede-
retur, atq; etiam in itinere in ipso transitu,
filiam suam Eleonoram Regis filio depron-
tiam, totamq; Aquitaniam et Pictavi-
am eidem retinendam deliberasse, et

(1) Annal. Baronij ad annum 1136. Epitome Pondari
ad an. 1136. Typis Mogunt. 1618. fol. 907.

declarasse / qua de re exstat etiam adhuc
 Eiusdem Willelmi Ducis scriptum, ultimum
 sua voluntatis elogium / valde mirum est,
 quomodo cum Iugerius cum hic tum in vita
 Ludovici filij diserte asserat Willhelmum
 in hac peregrinatione Hispanica defun-
 ctum esse, idq; ipsum affirmet Robertus
 his temporibus proximus Author; tamen
 alij Recentiores scriptores dicant, eum
 post hac diu in Tuscia multumq; super-
 vixisse, atq; Eremiticam vitam duxisse
 in Tuscia, ibiq; Sancto sine quiescere.
 sunt ex ijs nonnulli, qui affirmant eundem
 nequaquam revera mortuum esse in
 Hispania, sed ita cum precipuo suorum
 Domesticorum rem esse transactam, ut per
 Fictionem eam de causa mortuus esse dice-
 retur, quò liber ab hoc mundo posset quo-
 cumq; vellet peregrinari. Huncq;
 illum esse Willhelmum, qui in Tuscia
 Sancto sine quiescit apud locum dictu
 Tabulum Rhodis, qui hodie dicitur Ma-
 lavallis in agro Senensi. Vulgata est Histo-
 ria ista, sed qua nodos patitur inso-
 lubiles. Nam praeter illa, quae ex Iugerio
 et Roberto recensuimus, quomodo, qua

27.
alij narrans, potuit ignorasse Theobaldus,
Episcopus, qui et primordia Conversionis,
Wilhelmi se accepisse testatur ab Eius Dis,
cipulo, et tamen nullum verbum habet,
de simulatione mortis. [A] quò namq[ue]
modo, si post hæc tempora sub habent Eius
acta, reportus à suis in Palaestina vitam
Eremiticam agere, revocatus est in Occi-
dentem, cum res tanta, mundog[ue] tam
admirabilis in tanto viro digna fuerit
mille scriptoribus. [B] tamen nullus
huius seculi reperitur, qui Eius
meminerit? ac rursus si vivebat,
et reversus erat in Occidentem, quomodo
protermisus ut mortuus ab eius tem-
poris scriptoribus haud indiligentibus,
cum gravissima illa causa verteretur,
de ipsius filia repudiatione facta à Lu-
dovico Francorum Rege?

Post hæc demum Spondanus egregius Baro,
enij Epitomista in sequentia verba pronun-
tians desinit, quæ unò compendio id om-
ne comprehendunt, quæ nos totò comen-

[A.] relegi poterunt, quæ supra de Sucheti sigmento
relata sunt.

ratio fusius deduximus: ait enim: (B)
 „Hac et alia sunt, quibus reddor vehe-
 „menter suspensus de huiusmodi Histo-
 „ria veritate, dubitans, ne plures Willel-
 „mi sicut de alijs Sanctis accidit per
 „errorem in unum conflati sint à Recen-
 „tioribus Authoribus.

Lucundum profectò mihi accidit, in
 hoc pondani Testimonium quasi per
 otium incidisse, eo namq; plurima, qua
 hinc inde Narrim retulimus, egregie con-
 firmantur, & quàm procul ab omni
 temeraria Novitatis notâ sint assera
 nostra, satis abundè fit notum.

Num: ^{2^{us}} Alter in occursum sen-
 tentia Nostra venit elimatissimè erudi-
 tionis Vir Ignatius Hyacinthus Amat
 de Graveson Natione Gallus Recentissimus
 Historiæ Ecclesiasticæ scriptor ex
 Illustri Ordine sancti Dominici Doctor
 Sorbonicus, Collegij Casanatensis sanctæ
 Mariae super Minervam in Urbe Româ

Theologus, qui nostrâ hâc ætate Anno
 videlicet 1717. Opus edidit edrò dignum,
 atq; Orbi literato probatissimum, quod
 Typis primò Romanis prodierat, Anno
 dein 1723. prælo Venetò recusum, tertiâ
 exin Editione Augusta Vindelicorum et
 Græcij publici Juris factum, quartò deniq;
 ob Doctrinæ præstantiam nuper Anno 1737.
 iterum Venetijs sub prælo sudavit, comuni
 ubivis Eruditorum omnium applausu
 celebratum. Ex hoc igitur Opere
 à capite ad calcem attentò studio per me
 multâ cum voluntate perlecto, sequentia
 in rem nostram exseribo verba: [A], Porro
 non abs re fuerit hîc observare, sanctum
 Guillelmum Horum Eremitarum Instituta-
 torem perperam à nonnullis confundi
 cum Guillelmo IX. Aquitaniæ et Pictonum
 Duce [B] cum tamen ab eo fuerit omnino
 diversus. Guillelmus siquidem Aquitaniæ
 et Pictonum Dux mortuus est in suâ
 peregrinatione ad S. Jacobum, quam
 Anno MCXXXVII. penitentia motus
 suscepserat teste Orderico libro XIII.

[A] Hiacyth. Grægon Tom. 5. Coloc. 6. mihî p. 135.
 Edit. August.

Historia. Guillelmus verò Eremitarum
 Institutore, Consilio Eugenij Pape III. Hiero-
 solymam profectus est, et celesti voce moni-
 tus venit in Tusciam, ubi sanctè vixit,
 et obiit Anno Millesimo Centesimo quinqu-
 gesimo septimo, ut testatur Albertus Eius
 Discipulus, qui vitam S. Guillelmi Eremita
 Cogromenti Magni scripsit. " Ecce
 tibi iterum sententia Nostræ asertorem
 Egregium, et Virum quidem Gallicæ Genti
 totò sanguine concretum, qui utiq; sanctum
 tam celebris Instituti Authorem Nationi
 suæ subtraxisset minime, ni perspectæ
 Veritatis vis immortalis Patriæ blandum
 amorem multis parasangis superasset.

Num: 3^{us}. Tertius è Societate Jesu
 Testis accedit Historiographus Magni
 Nominis Philipus Brietius Abbavilleus
 itidem Gallus, qui Chronicon Universale
 ab Orbe condito usq; ad Annum MDCXCII.
 feliciter perduxit, admirabili tam dictionis
 amaritate, quam Verum omnium abundan-
 tiâ, mirâ arte in succinctas adeo periodos

compactâ, plurimum suspiciendus.

Hic igitur, postquam Guillelmum Aquitania Ducem à Schismate Petri Leonis sive Anacleti Pseudo Pontificis ad partes Innocentij Veri Christi Vicarij transire recusantem, à S. Bernardo orantato Christi Corpore divinitus territum, quasi epilepticum prostratum in terram, succinctâ, promote, narratione perstrinxit, ad Annum dein 1136. recedere in rem nostram porro pergit per hæc verba: [a] Est quidem hic Annus morte Guillelmi Aquitania Ducis memorabilis, qui susceptâ ad S. Jacobum in Hispaniam peregrinatione, mortuus est in via, reliquitq; filiam Eleonoram ac totam ditionem suam Genero suo Regi Francorum. Ita scriptores huic obnoxio. Quare deridendi, qui Eum in Tusciam, ad stabulum Rhodis [hodie Malval in agro Senensi] armatum lorica atq; penitentem deducunt. Quomodo enim id ignorare potuit Theobaldus Episcopus, qui asseruit primordia Eius Conversionis ab Eius discipulo didicisse, qui tamen de hac re

[a] Briccius in Anal. mundi seculo 52. Hist. 12. Decade 4. miki fol. 641. Edid. August.

ne vō quidem? Quomodo non providit
 in multibus excitatis à filia? Sed cum
 alio Guillelmo Viro sancto / 13 / à semi-eruditis
 confusus, uberem Viris Doctis disputandi
 materiam suscepit, hucusq; Brietius.

Testimonio adeo Illustri et perlucido para-
 phrasin ullam apponere superfluum
 prorsus cesso.

Signanter nihilominus unum hoc adverte-
 dum hic ansevero, ne cui scrupulum moveat,
 quod Brietius et plures alij scriptores
 obitum Guillelmi ad Annum 1136. statuant,
 cum tamen pleriq; alij Eundem Anno 1137.
 satis cessisse communiter asserant. Utriq;
 in se conveniunt, in computo tantum
 anni apud varias gentes vario discre-
 pantes. Solemne siquidem Gallis tum fuit,
 et etiamnum in Contractibus præsertim,
 et fori negotijs est, Ephemerides et Anorum
 initia et decursus à Paschate inchoare et
 deinceps dimetiri. / a / quemadmodum etiam
 Angli et Brittanni Anorum primordia
 à die 25. Martij supputare consueverunt. / b /
 um igitur Pascha Domini nunquam in eodem
 die aut mense etiam non semper eodem
 celebrari contingat, necessum omnino est

/ a / Acta sanctorum Holandi 10 fol. parte 2. cap. 6.
 in anotal. litt. 8.

/ b / Hainbysur des waltgoffis ad annum 1623.

in tali supputatione. Acta quoque quamplurima sub initium aut finem cuiusque anni contingentia pro Gentis more modo huic modo alteri Anno adscribere.

Num: ^{ius} 4. Ingenti etiam Auctoritate pro Nostra Sententia stat. Rev. Abbas Lenonensis Augustinus (almet Beredicti-
ni Ordinis Sydus præfulgidum, de quo Jure-
merito idem ego iusti honoris causâ pronun-
tio, quod de Doctissimo Joanne Mabillonio
Hiacynthus de Graveſon Doctor Parisi-
ensis mox Num: 2. laudatus: [A] „ sacre anti-
quitatis bono natum esse Calmetum Nostrum
Vir porro hic Doctissimus id ipsum nobis-
cum sentit, quod omnes iam præsentis ævi
expolitoris, scriptores. In abbrevi-
atione sua Historica et Chronologica
Universæ Historiæ tum sacre tum profane
utrumque Guillelmum, Aquitaniæ nimirum
Ducem à S. Bernardo à schismate reductum,
et Alberum Malavallensem Duos Viros
Patria, ætate, et toto homine diversos
adducit. Titulus libri Typis Marticensibus

[A] Graveſon in Prefat. Hist. Euler.

editi Anno 1729. est: „Abrege Chronologique
 „del' Histoire sacree et profane de
 „puis le commencement du Monde, jusqu'à nos
 „jours. Ad annum 1135. de Guillelmo
 Duce hæc pronuntiat: „S. Bernaro persuade
 „à Guillaume Duc d'Aquitaine de reco
 „noître le Pape Innocent II. Ad annum
 deinde 1156. de Duce Aquitanie usque
 iam lustris quatuor ante demortuo altum
 Silens, Virum prorsus alterum inducit
 Sacri Guilmitarum Ordinis Institutorem:
 „Fondation de l'ordre des Guilmites,
 „par S. Guillaume de Malval. Item in
 Tabula Chronologica disparatè de duobus
 hisce intermixtis Guilmis hæc habet:
 „Guilliaume Duc Aquitaine reconoit pour
 „Pape legitime Innocent II en 1135. Et mox
 ad annum 1156. „S. Guilliaume de Malval
 „institue l'ordre des Guilmites en 1156.
 Ecce iterum! Quantum Gallia ex
 -trema Hispaniarum Provincia distat
 à Tuscia, tantum Guillelmus Dux difert
 à S. Guillelmo Eremita.

Num: 5.^{us} His deniq; tantisq; Testibus
 adiungo Joannem Bestium, qui Res omnes
 Aquitania, atq; Pictorum Gesta intimè
 rinatus, ex ipsis Provinciaram Actis
 et Archivorum Authenticis Chartis
 ipse Pictarus Historiam scripsit Comitum
 Pictaviensium, et Ducum Aquitania,
 ubi [a] liciviò paulò acriori defricat Joannem
 Haium, eumq; ceu primum fabulose illius
 S. Guilielmi in Ducem Aquitania metha-
 morphoseos plasticatorem severissimè
 depexit integro Tractatu quem ex insituto
 scripsit [b] de mendacijs, falsitatibus et
 Anti-chronismis insperis Eiusdem Joannis
 Haij Operibus, qui idem seculò præteritò
 Commentarium Historicum edidit, in quò
 falsam illam opinionem, quæ duos Guilielmos
 in unum confundit, pluribus exponit.
 His ergo Illustrum huius Temporis viro-
 rum Testimonijs sententiam hanc nostram
 asseruisse sufficiat. sunt enim hi viri qui
 in præclaro Critices studio, et perscrutan-
 dis Ecclesie Catholice scriptoribus
 ita hactenus insudârunt, ut iam nul-
 lum penè sit neq; tam obvium neq;

[a] Bestius in Hist. Comit. Pict. et Ducum Aquit. p. 2.
 integro Tractatu.
 [b] Hiacynth. Gravson in Hist. Eccles. sæcul. XIII. Colop. 6.

Jam reconditum antiquorum monumento-
 rum genus, quod iustis Criticae Artis pon-
 deribus ore Graversonij loquor, non lib-
 rarint, non graviter examinaverint [a].
 Neque moror quosdam rerum haud satis
 aequos aestimatores, qui Criticis huius aevi
 imprudenter succensentes in fictis narra-
 tiunculis haerere adhuc pergunt, et
 credulo suo genio simpliciter indulgen-
 tes Veritati per labores Criticos praeti-
 ose adeo eruta mordicus obnitentur,
 digni qui Tullianam ferulam vapulent,
 veluti qui perverse post inventas fruges
 glande vesci perseverant. Fortium
 Dominam haud immerito Criticeo appello,
 ut pote quae tam ardentem in studium
 Sacrae Antiquitatis incumbit, ut inter
 liberales huius saeculi Disciplinas, haec
 praeter ceteris iam dominetur, et barba-
 ras ignorantiae tenebras ex alto despi-
 cians pristinum literariae palaestrae
 nitorem postliminio demum restituat.
 Singulari Dei providentis Gratia factum
 ut per necessario Ciseos adminiculò
 agonizanti propemodum Historica
 Veritati, Ecclesiasticae propinqua,
 [a]. Amat de Graveçon in Praefat. in Hist. Eccl.

Succursum supremè tandem fuerit.
 Nemo Eruditus ibit inficiàs, qui quidem
 seculi xv. et xvi. ignorantissimas tricas
 apinasq; vel primo intuitu dimetiri
 ceperit, palæstram omnem litterari-
 am contagione quâdam ita deforma-
 tam verbis, ita rebus infuscabatam,
 succo et sanguine ita decolorabatam
 fuisse, ut in frigidis, insulsis, confictisq;
 plerumq; studijs contabuerit. [a]

Sed nunc [quod ætati nostræ impense gratu-
 temur] purior demum atq; defæcator
 meliori sydere à barbarie respirans
 produit Dea. Minerva per Jolius prope-
 modum critica Artis adiumenta,
 quippe quæ in disserendi subtilitate
 ita versari quidem amat, ut simul ad
 eruditæ vetustatis speciem expressa,
 ad optimorum Authorum normam,
 ad Historiæ, et Disciplinæ Ecclesiasti-
 cæ Veritatem exacta, universæ Eru-
 ditionis thesauros in omnes cultarum
 gentium scholas liberaliter efundat.
 Hæc paulò fusius cum Carissimo

[a] Graveson in initio præfat. in Hist. Eccl. Joannes Trithem.
 et passim omnes.

Gravesonio, et proximis cum Illustribus
 Nostri Congreg. S. Mauri P. Benedictinis
 in laudem Critices perorare libuit, quò
 vel ipsam Criticorum Nomenclaturam
 imperitis plerisque excosam esse atq; sus-
 pectam expertus pernoctam.

Missa igitur cum Ducibus suis Aquitania
 exeuntes è Gallia comigremus omine
 magis laudato in Tusciam, Verum inibi
 et à fabulis omnibus emaculatum
 investigaturi Guilielmum Virum solum
 sanctum, sanctiq; Ordinis Institutorem.
 Exhibebimus eum per Epitomen pauca-
 lis effigiatum lineis, quas tuto deinceps
 Viro sancto adscribere licebit.

Viri quivis Eruditi Criticà huius ævi
 Arte imbuti vel mediocriter, ubi Iconi
 cuidam Huius Nostri S. Guilielmi oculos
 adiecerint, cui Magnificus Aquitania
 Ducis Titulus in calce appositus, aut
 in fronte prefixus fuerit, prætervi-
 -bunt continuo moventes capita sua,
 et abnuent: annuent porro consen-
 -sientibus ocellis, ubi subscriptam lege-
 rint Epigraphen, quam sequens exhibet-

Simus

S. Guilielmus (1) Magnus
 (2) de Malval Eremita Tuscius,
 (3) Vir prodigiosa Sanctitatis,
 (4) Annō i 202. ab Innocentio III.
 Papa Cathalago P^{orum} adscriptus,
 (5) Instituit Ordinem Guilielmit:
 ab Innocentio IV. Annō i 250.
 sub Regulâ S. Bened: confirmatum.
 (6) Obiit in stabulo Rhodis A. 1157.
 Quarto Idus Februarij.

Num: i^{mus}
 Unâ hâc Epigraphe fidem
 in Fronte opusculi datam integre
 exsolvi. Historiam S. Guilielmi
 commentario critico ab Anti-chronismis
 me emaculaturum propondi. Feci hoc,
 superabundanti Testimoniorum
 pondere rem firmiter statumiravi, ne
 ullis explosa Opinionis contraria ventis

perflari porro per timescat.
 Opinibus ex proprio procreatis
 cerebellò me daturum nihil in limine
 promisi. Teci et hoc, Nomen utriusq;
 meum fideliter expunxi. Instituti
 porro presentis non est Novam sancti
 Guilielmi Historiam exornare, eamq; per
 omnes sui partes iustò rerum gestarum
 atq; Miraculorum ordine in longiores
 Strophas protendere. Non enim Holo-
 graphi Spartam in me unquam suscepi;
 tametsi haud difficili impendio me id
 facturum considerem, si quid id opus
 foret, aut opera pretium. multò namq;
 facilius est, novam ex integro bono semine
 inspergere Aream, quam in hortulò sylves-
 centi lolia quavis sparsim evellere.
 Ut tunc tenue reputetur vilidense hoc opus-
 culum, plus tamen decuplo maius exegit
 studium, et plurimorum Authorum lectione
 opido intricatam, quam plana deinceps
 evulsis omnibus spinis Rosarum collectio.
 Nunquam quidem eo temeritatis probrarum
 me existimari vellem, ut universam illam

de S. Guilielmo Historiam ex integro abijci-
endam duxerim: ea dumtaxat, quæ contra
Chronologiam pugnantia veteri Traditioni,
præposterâ pietate, aut infamata duorum
seculorum ignorantia perperam afficta
sunt: postliminio eliminare decrevi; quod
quidem, ea, quæ Viri Doctissimi ante me iam
sparsim limatiori censura castigauerunt,
in paucula hæc colligendò folia, præstitisse
me haud inani confidentiâ mihi adblandior.
Ne tamen ieiunâ nimis coronide desinam,
presentis paragraphi Rubricam paulò
protensiori apothepariâ deducere placuit.

Num: ^{2^{us}} L.
 Ea tantum, quæ de Duce
Aquitaniæ, qualiacunq, demum, dolendâ
verum confusione, à Joanne Hajo primum,
et suis deinde sequacibus imperitè con-
ficta, et simpliciori exin levitate descripta
sunt, expuncta volo. Cætera dein omnia,
si modo cum Chronologia non pugnent,
et supputationi ad Crisin exactæ haud
contradicant lubens admitto. Neq, est cur

non admitterem, cum tam Insignis sancti
 dudum in specialem Patronum adlecti
 elogia non tantum haud diminuta velim,
 Sed quantum quidem Veritas, quâ sola san-
 -ctorum Cultus legitime devotioni nostræ
 Succollare debet, inviolata concedit, pro-
 palare ea pro vivibus, et universorum
 animis inspersa, perpetuis velut marmo-
 ribus insculpta, totâ mente percipiam.
 Nullam vero securiori viâ incedendi motu-
 dum aptius monstravero seclusis errandi
 periculis. Guilielmum Magnum videndi
 sicuti est, quàm Lectorem quemlibet ad
 Acta Sanctorum Bollandi accuratâ lance
 perpendenda remittendô. Ibi enim per pa-
 -ginas haud parùm multas vera à
 falsis discreta licebit inspicere. In
 duas siquidem partes distinxerunt Viri
 illi ad stuporem laboribus Doctis imersi
 Joannes Bollandus et compar illius so-
 -cius Godefridus Henschenius, quarum
 prima intricatissimos nodos Chronologi-
 cos explicare quidem Saragunt, haud tamen

in fine scum veniã tantorum virorum dixeris
 quidquam per sententiam eruntiative sta-
 tuunt, non alias forsã, nisi unõ ictũ
 alexandreo dissecandam sabellarum struem
 reputantes. Alterã tamen parte à fol.
 462. usq; ad 472. certa magis et sincera
 novem capitibus ab oculis ponunt, ubi
 apparatus satis superq; presentem
 inveniet, quicunq; demum novam aliquan-
 do s. Guilielmi Historiam à mendis ex-
 purgatam publici juris facere statuerit.
 sunt enim lapides iam expoliti cœmentõ
 viticõ probe cocti, ut nihil porro desi-
 deretur amplius, quã rite eos dispone-
 re, et arte Phegoricã confabulatos
 in Magnificam erigere structuram.

Num: 3^{tius}
 Exhibet Pubrica presentis
 paragraphi Epigraphicum paradigma,
 in quo ea omnia, quæ porro in rem nostram
 dicenda sunt, synopticè continentur.
 Ne tamen ulla ex parte manca sit fidei
 semel data iusta exolutio, singulas præfixi
 Tituli hypotheses dilucidã explicati-
 one, quantum satis deducemus.

(1) S. Guilielmum Magni Cognomen multis
iam retro saeculis in Ecclesia passim prome-
ritum, Scriptores tum Antiqui, tum
Recentiores comuni omnes suffragantur usu.

(2) De Malval Eremita Tuscus laudatur,
à loco nimirum, ubi Vir sanctus Domicilium
ultimis suae vitae temporibus fixit, in Sabu-
lo Rhodis, quod hodie mala vallis nuncu-
patur in Agro senensi Tusca Provin-
cia, ubi etiam obiit à Beato Alberto
Discipulo in hortulo tumulatus [a]

(3) Vir prodigiosa sanctitatis meritissimo
nuncupatur Jure, ob prodigiosam mira-
culorum multitudinem, tum arte tum post
sanctam mortem patratorum, propter
quae etiam Magnificum illud Magni
Cognomen accepit, nimirum Magnificus Illius
Egyptij Eremitarum Patriarchae Antonij
Magni amulus, Dignus etiam frequenti
Angelorum consortio, atq; ipsius Angelo-
rum Reginae DEI. Nostri Virginis Matris
sacratissimo asatu

(4) Apothecosin etiam S. Guilielmi ad
Annum 1202. statutam, à nemine hactenus

[a] Acta S. Febr. parte 2. cap. 3. n. ii.

95.
impugnata comperi, estq; firma scripto-
rum eademq; constans. Assertio eam Papa
Innocentio III. adscribentium, quorum Autho-
ritas irrefragabili Testimonio iteratis
vicibus allegatur in Actis sanctorum
saepè citatis.

(5) Id vero quod de Ordine Ipsius
Sub Regula S. Benedicti ab Innocentio IV.
Anno 1250. confirmatò in Epigraphe
Nostrâ signanter adstruximus mox
sequenti paragrapho singulari in da-
gine firmum certumq; Diplomaticâ
demonstratione facienus cluere,
ubi etiam Religionis ex Ordine Eremiti-
tarum S. Augustini Viris mihi semper
perpetuâ veneratione suscipiendis ami-
cissimâ Disputata inter nos Thesis
explanatione satisfacturum me indu-
bitatâ confidentiâ iterum adpromitto,
eo magis, quo certò pernoscam, sanctissimum
Augustinianorum Ordinem certissimâ atq;
indubitatâ Gloria adeo superabundare,
orbisq; Christiano inclarescere, ut adscititiâ
confectaq; minime indigeat. Erit etiam
ocasio, hoc ipso paragrapho finali

ea omnia per Transennam inspergendi,
quæ hinc inde forsan inferenda possent
desiderari.

S Characteristicus
 (1) Ordinis S. Guilielmi
 Primariâ Institutione
 (2) Confirmatione, (3) et
 Regula.

Intricata satis est et oppido spinosa
 presentis Pubrica discussio. Tricas
 tamen quia non amo, iurgia quævis na-
 ribus pedibusq; submovendo, in viâ ve-
 ritatis Germano candore undiq; tutus
 in pace procedo. Non otia infirmi Re-
 ligioni forent innocua, si vano post
 recuperatam sanitatem ardore, dentes
 ei in litigia mordaciter prurirent.
 Memor Instituti, cui Veritas sola pro
 Symbolicâ Tessera præfixa manet, in
 agnita Veritatis sacris semitis pergo
 insistere. Aliunde, ubi de Sanctis suis

Sacri Disputant Ordines, se sanctosq;
 profanant magis, quam vultus eorum
 Majestatem promovent, si non sola eos
 animet artibus omnibus in se haec Veritas,
 Veritativè per fabulas abstracta iusta
 defensio. Malo ego in hoc passu simplici-
 ter candidus, quam eruditus audire:
 prioris mihi vocabulum ex aritâ indo-
 le debetur, posterioris haud ambio.

Num i^{mus}
 (i) Institutio primæva sacri
 Ordinis Guilielmitarum s. Guilielmo
 Magni Præmitæ Stabuli Rhodis Jure
 Originis procul omni ambiguitate
 est attribuenda. Nullam quamvis Vir
 Sanctus expressâ litterâ in vivis consti-
 tutus Novi Ordinis præscripserit
 Regulam, vitæ tamen ipsius Norma,
 prodigiosa sanctitas, et Miracula
 penè sine numero, plus marmore Ordi-
 ni sacro indelēbilem impregnāunt
 Characterem. Abinè bene, et citrà
 disceptandi occasionem secure pronun-
 tiamus cum Doctissimo Arthusiano

Wernero Golewinckio [a] Ordinem Gu-
ielmitarum à s. Guilielmo Nomen
et Originem Traxisse, sed à Discipu-
lo eius Alberto fuisse educatum;
iniunctâ nimirum posteris institutione
et Normâ vivendi, à se in sancto suo
Magistro observatâ.

Aliquanto quidem tempore [b] Vir
sanctus à quibusdam Religiosis apud
Lisanos sylvam Livalliam inhabitantibus
in sui societatem precibus illectus vixit.
Successu vero temporis accidit illi, quod
olim sanctissimo Adlescenti Nursiati Be-
nedicto, fretus nimirum, et ob discretan-
tiam morum inquieta aliquorum [c] vexa-
tione continuo turbatus, ceu censor im-
portunus, desperatâ fugam mense,
avulsus est sponte ab eis, ad montem qui
de Bruno dicitur se conferens, ubi solus
habitavit secum, unius tantum socij con-
tentus solamine Petri cuiusdam, qui et
ipse postea aliquorum ibi Congregatorum
Eremitarum Prior evasit.

Anno dein 1157 qui ultimus sanctæ
Ipsius vitæ fuit, inde emigrans venit in
Tusciam hodiernam malam vallem, tum

[a] Wern. Golewinck in Gasie. Temporum hic

[b] Henrichen in Actis B. J. 2. fol. 472

[c] Proprium Ord. Erem. s. August.

[d] Quinam illi fuerint aperere temerarium est.

99.
Stabulum Rhodis appellatam, ubi solum
denuo et unicum nactus Vita soci-
um et sanctitatis amulum Albertum
Individuum ad manes usq; Achaten,
omine et eventu perquam sospite, habuit.
Tatis postea brevi temporis intervallō
sanctissime sanctus Guilielmus Vivam
post se reliquit Vita suae Regulam,
et exactum suimet Ethymon Albertum,
cui se mox sicut ipse sanctus Liber fore
praedixerat. Vir quidam Inignis. Me-
dicus provice salutis et aeternae sospi-
tatis percupidus Peginaldus sese adiun-
xit, quō utroq; ad morem Elisaei
sideliter vestigijs in celum rapti Patris
insistente, revixit Elia. Guilielmi
spiritus duplex, in omnes dein sub-
sequentium Filiorum felices Animas
solenore superis ipsis pretiosō deti-
vatus. [a] Haec quidem libem ullam
motura haud pertimesco, delicata
magis sunt, quae mox sequuntur.

Num: ^{2^{us}} Congregatis in sancti-
oris Vita societatem viris paulatin

[a] Confirmant haec omnia ipse Albertus, et ex Et
Theobaldus in Vita, quam secunda sui parte
veram et sinceram agnoscunt et citant Acta
Sanctorum Febr. Tom. 2. pag. 462. et seq.

pluribus, Albertus cum Reginaldo
 sub proprio instituto ad norman, ut
 diximus, Vita Virtutumq; Guilielmi,
 Annis perquam multis sub Eremitatum
 Nomine Deo magnò sanctitatis incremen-
 -tò fideliter deservierunt; donec Bo-
 -nus Virtutum odor per vicinam Pru-
 -ciam, aliasq; finitimas Italiae Pro-
 -vincias undiq; diffusus, accedente
 plerimorum Miraculorum per sancti
 Guilielmi Merita et Invocationem
 patratorum famã, per Germaniam
 quoq; Hungariam, Belgium, atq;
 Galliam [a] Saeculò potissimum Decimò
 tertio, longè lateq; diffusus Orbi mag-
 -nificè inclaruit. Incrementum siquidem
 Novo Ordini ingens accessit per solem-
 -nem illam Apotheosin, quã Canonico
 ritu sanctum Confessorem Guilielmum
 ab Innocentio III. Pont. Max. Año 1202.
 Sanctorum Catalogo adscriptum supra
 retulimus. In duas deinde Congre-
 -gationes Ordo ingenti iam numero

[a] advertimus nullum s. Guil. Monasterium
 unquam fuisse, nec esse in Aquitania.

[b] Annal. P.P. Dominicanor. Olmarens. in Alsatia
 ad An. 1232.

102
ductus, divisus est, quarum Prima
Caput fuit Monasterium Sabuli Phor-
dis à B. Alberto exstructum: Secunda
autem Eremitus de Sabali monte.

Nondum hucusq; sub certa Regula
à sede Apostolicà approbatà milita-
vit iste Eremitarum ordo s. Guil:

(2) confirmatum est nihilominus Con-
gregationis de Sabali Monte Guiliel-
mitarum Institutum Anno MCCXXIV.

ab Honorio III. Pont: cuius Bulla ad
Priorem et Fratres Eremitas data
est Tibute VII. Idus Maij qua incipit:
„Solebat annuere“ ubi etiam mentio
est Regulae ipsius praescriptae per haec
verba: „Statuentes ut Regula B. Guiliel-
mi, secundum quam, ut dicitis, Domino
cupitis samulari, ibi perpetuis tempo-
ribus observetur.“ Ubi et hoc haud
dubie notandum venit iam tum temporis
Sabalem Montem Patrocinio s. Benedicti
Illustrem Eiusdem sanctissimi Patris
Speciali cultui fuisse consecratum:

inscribitur enim Bulla mox laudata
expresse ad Fratres Eremitas sancti
Benedicti de Monte Sabali.

Vum: ^{tius} 3^o Saeculo XIII. Quinq; Eremita-
rum Classes fuisse ob quamdam inter
se Instituti Habitûsq; similitudi-
nem ambiguâ inter plebem nuncura-
tionibus haud satis distinctas certum
omnino est. Alexander siquidem
huius Nominis Quartus Pont: Max:
S. Guilielmo Centum annis Junior XXI.
Decembris Anno MCC LV in Papam
Electus Easdem Quinq; Eremitarum
Classes sive Congregationes sub suo
quavis Generali in Tribus diversis
Bullis expresse recenset. [a] Primam
Classem constituit Congregatio Sabuli
Rhodis. Alteram de Sabali Monte.
Tertiam Eremitarum S. Augustini.
Quartam Fratris Joannis Boni. et
Quintam Eremitae de Brictinis. harum
quaelibet plures et diversas domos

[a] videri possunt haec Bullae in Commentario Histor.
de Ord. Eremit. S. Guil. Godefridi Heusinger
in Act. N. Tom. 2. die 10 Febr.

habuit. Anno igitur MCCXXVII. Die
 XX. Martij Gregorius IX. Pontifex reatus,
 mox magno Animi ardore in id sedulo
 intentus fuit, ut quotquot vitam Monas-
 ticam aut Eremiticam sub proprio vel
 privato Instituto proficerentur, ij om-
 nes aliquam ex Regulis à summa sede
 approbatis assumerent. Ex his ergo
 Familijs Fratres Eremitas de Bric-
 tinis, atq; B. Joannis Boni sub Eodem
 Pontifice Gregorio IX. Regulam sancti
 Augustini assumpsisse, atq; sub Uno
 generali Eremitis s. Augustini unitos
 deinceps vixisse libenter velut rem
 certam et indubitatum admittimus,
 utpote varijs Bullis authentice asseritam,
 quas quidem Bullas hic per extensum
 producere brevitate ergo omittimus,
 facile cum libuerit, locis in calce notatis
 perlegendas. [a] At vero haud minus
 certum est Fratres Ordinis sancti
 Guilielmi, assumpta sub Eodem Pontifice
 Gregorio IX. Regulâ sancti Benedicti

[a] apud Herub. Laertium Tom. i. Bullarj.
 Item passim in Actis s. sepe citatis.

ab Augustinianis prorsus esse discretos,
 è quibus Altera Congregatio de Monte
 Tabali dicta, sub Proprijs etiam Genera-
 libus continuo deinceps meruit.

De Fratribus vero Congregationis Tabali
 Rhodis, an etiam tum temporis sese Tabali-
 Montanis conformantes eandem Regu-
 lam sint professi, an sub privatis consti-
 tutionibus à B. Alberto norman vite
 S. Guilielmi sequendò porro permanserint,
 res in aprico non est. Nos, qui opini-
 ones quaslibet aut minus certa dudum
 eiuravimus, malumus hac in parte iudicium
 ex integro suspendere, quam aliquid
 huic solijs inspergere, quod vel umbram
 dubij, ne dicam falsitatis præferre
 suspicarer. Nihil etiam ad præsens
 institutum attinet, quid tum sub Papa
 Gregorio sit actum, id solùm demonstra-
 re hic incumbit, quod præcedentis
 paragraphi Epigraphicum schema,
 et præsentis Rubrica exhibet: Regu-
 lam nimirum B. Benedicti Fratris
 S. Guilielmi cum Ordine à Pontifice

Innocentio IV. confirmatam esse, quod
Diplomatica auctoritate abundanter
præstare aggredior.

Num: 4^{us}

Diploma Pontificium
præsertim irrefragabili Testi-
monio confirmans hic anonymus genu-
inè transcriptum: „Innocentius
Episcopus servus servorum Dei
Dilectis Filijs Priori Generali, ceterisque
Prioribus & Fratribus Eremitis Or-
dinis S. Guilielmi, tam presentibus
quam futuris Regularem vitam professis
in perpetuum. Religiosam vitam eli-
gentibus Apostolicum convenit adesse
præsidium, ne forte cuiuslibet temeri-
tatis incursus eos à proposito revocet,
aut robur, quod absit, sacra Religi-
onis infringat. Expropter Dilecti in
Domino Filij, Vestris iustis supplicationi-
bus clementer annuimus, et Domos Vestras
in quibus Divinis vacatis officijs seu

obsequis, sub B. Petri et nostra protecti-
 one suscipimus, et presentis scripti
 privilegio communimus: imprimis si-
 quidem statuentes, ut Ordo Monasti-
 cus, qui secundum Deum et (3) B. Benedic-
 ti Regulam atque Institutionem Fratrum
 Ordinis s. Guilielmi in domibus ipsis insti-
 tutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem
 temporibus inviolabiliter observetur.
 Varijs deinde privilegijs et Immunitati-
 bus per longiorem contextum allatis
 pergit Pontifex in hac Verba statueret:
 Obvenit vero Generali Priore Vestro
 vel suorum quolibet successorum, nullus
 ibidem quâlibet subreptionis astutiâ
 seu violentiâ præponatur, nisi quem
 Fratres comuni consensu, vel Fra-
 rum maior pars Consilij sanioris
 secundum Deum et B. Benedicti Regu-
 lam præviderint eligendum. Datum
 Lugdani VIII Nonas Septembris Anno
 Pontificatus VII. Christi M C C L. [a]
 Diploma hoc genuinum esse, et ab omni
 supposititiâ falsitatis suspicione
 longè remotum asserit re probe exami-
 natâ et criticè inspectâ Jape lauda-
 tus Henschenius loc. cit. num. 13.

[a] Henriquez in lib. Privileg. Imper. inter
 Privileg. Guilielmi. Fascic. sexta. c. 7.
 Pamb. Hajus Bras. in lib. Ordinis.
 Acta s. hic n. 475.

Num: 5. ^{Ius} Scio equidem Jordanum
de Saxonia Ordinis Eremitarum san-
cti Augustini Provinciale legatione
ad Pontifices et plurimis praeclare gestis
Illustrum in Tractatu suo, quem Vita
Patrum intitulavit [a] Laurentium item
Emoli [b] Eremitas omnes in Tuscia et
alibi existentes sine discrimine à Papa
Innocentio IV. sub unam s. Augustini Re-
gulam Pontificiō Decreto coadunatos
affirmare, adductis etiam pro sua senten-
tiā duābus Bullis ab Eodem Pontifice
datis, in quarum primā omnes ad unam
Congregationem sub Regula S. Augustini
coactos fuisse, evincere allaborant.

At verò haud satis fideliter egerunt
Hi Viri eorumq; sequaces, integram pa-
rentesin ad substantiam Quaestionis
maximè pertinentem, nescio an dolo an
incuria? praetermittentes. Inspectamus
igitur ipsissima Bullae verba, et mox
adversemus tam procul esse, ut ea
nobis officiat, ut etiam assertum nostrum

[a] Jordan. l. i. cap. 14.

[b] In Bullario Augustiniano.

egregie admodum susulciat. Est autem
 Bulla talis: [a] „Innocentius Episcopus
 servus servorum Dei Dilectis Filijs Uni-
 versis Eremitis B. (exceptis Fratribus
 S. Guilielmi) per Tusciam constitutis
 salutem et Apostolicam Benedictionem.
 Incumbit Nobis ex officij debito Pastoralis
 subscriptio est ista: „Datum Laterani xvii.
 Januarij Pontificatus Nostri Anno primo.
 Christi MCCXLV. Fideliori proin-
 calamo hanc Guilmitarum in Bulla
 exceptionem tam signanter insertam
 describit (Carissimus Wadingus [b] hinc
 verbis: „(Exceptis Fratribus sancti
 Guilielmi) sub Regula S. Benedicti degen-
 tibus, quos noluit Pontifex ad illam
 unionem reducere & ubi etiam addit
 in Regesto Eiusdem Pontificis num: 333.
 aperte asseri eos Tusciae Eremitas usq;
 ad illud tempus Regulari observasse
 B. Benedicti. Mihi, ut verum profitear,
 ceu res omnino certa et citra omne dubium
 firma insidet menti, iuxta ea quae num: 3.
 praesentis § diximus, post edictum Gregorij IX
 Praeres Guilmitas continuo Regulae sancti
 Benedicti sese devota erga Sacram Sedem

[a] apud Joan. Marquetz c. 3. §. 3. Item Gabriel
 Penotus l. i. Hist. Triar. c. 18. Hervera in
 Alphab. Augustin. Tamburin de Jure Robat. n. 38.
 [b] Wadingus in Aduocet. §. 5.

obedientiã subdidisse, et huius deinde
ad Benedictinum institutum transgressum
ab Innocentio IV, ubi mox Diplomaticè pro-
batum est Authenticã Bullã à nobis probatã,
fuisse confirmatum.

Annectimus hic porro rem scitu dig-
nam à proposito haud alienam, quã
Sambroon Haius pluribus enarrat [a]
Tempore nimirum Gregorij IX. Fratres
qui à S. Guilielmo Religiosè vivendi
normam acceperant, et in successores
suos sanctã propagine transtulerant,
nudis pedibus domi, foris vero calce-
atos incessisse, et alia multa avita
austèritatis exempla ex vita sancti
sui Institutoris, ceu ex absoluto vir-
tutum Archetypo Religiosè observasse,
quæ plurimos ab Eodem Instituto
haud parum absterruerint. man-
dasse proin Pontificem, ut Fratres
à tali rigore tantisper temperarent,
quò facilius infirmioribus pateret
ad Religionem accessus, indulgisse
propterea calceamentorum, atq[ue]

[a] Sambro. Haius in pref. in libr. Ord.

liberalium usum tum publice tum priva-
tim ad morem reliquorum s. Benedicti
Filiorum Carmine haud illepidò id
totum Idem Huius compendiò cecinit:

Gregorius Novus plantas velare othurnis
Mandat Eremiticis, permultaq; proelia
donat:

Imperat et sancti Benedicti vivere
normã.

Num: 6^{us} Est autem alia, et quidem
ad speciem multò efficacior Authoritas,
famosæ Bullæ Alexandri IV. Pontificis
nixæ, quæ P. P. Augustiniani Guili-
elmitas Illustri suo Ordini asserere
haud inani fundamento satagunt:

Alexander siquidem Papa Huius No-
minis Quartus Gregorij IX. ex Fratre
Nepos iam olim à Patruo omnium quinque
Classium Eremitarum Moribus et Insti-
tutis penitius examinandis Censor
fuit adhibitus, ut ipse testatur in Bulla
quæ incipit: Recordamur liquido [a]
Hic igitur ante Pontificatum Raynaldus

[a] Bulla Alex IV data a. 1255 Pontificatus
refertur in Actis s. Hollandi T. 2. x febr. fol. 477.

dictus Cardinalis S. Eustachij Episcopus
 Ostiensis Anno MCCLIV. X. Calend.
 Januarij; Innocentio IV. demortuo, ad
 summum Pontificatum assumptus, sanctis
 latrui insistens vestigijs, pari zelo
 promovendi Decoris Monastici animatus,
 animum omnibus Eremitarum Ordinibus
 sub uno Habitu, unaq; S. Augustini
 Regula congregandis, serio adiecit.

In hunc igitur finem Richardo Sancti
 Angeli Diacono Cardinali, Eremitarum
 S. Augustini Protectori universum
 huius Unionis negotium comisit [a] quo
 cooperante aut etiam incitante, in unum
 Religionis Corpus iussu sunt convenite omnes
 Quinq; Eremitarum Classes, quarum tres
 iam erant Ordinis S. Augustini, duæ vero
 Sancti Guilielmi, congregationes nimirum
 Sabuli Rhodis et de Monte Sabali, consti-
 tuto Eisdem Lanfranco primo huius Unionis
 Generali.

Exstant duo Authentica
 Pontificis Diplomata in hunc finem uno
 eodemq; anno Pontificatus 2^o quorum
 primum incipit: Licet Ecclesia Catholice
 integritatem & sub dato Laterani V. Idus

[a] Bulla Alex. data Tertio ano Pontificatus quæ
 incipit: Inter alias sollicitudines & Act. ff. l. c.

Apviliis cum sigillō plumbeo, quæ Bulla
 Romæ in Archivo Ordinis S. Augustini
 aservatur. Alterius Initium est:
 Apostolica sedis Provisio in qua Ere-
 mitæ omnes, adeoq; etiam Fratres Guili-
 elmitæ uni deinceps Generali (Sanfranco)
 sub unâ Regula S. Augustini obedire
 iubentur. Tanta sunt hæc et firma
 adeo Testimonia, ut nemo ea nisi teme-
 rarius aut omnino fanaticus negare aut
 infringere unquam ausit. Res sanè in
 arrico est.

Num: ^{simus} *¶* Si verò, quid postea con-
 tingerit, audiamus. Disertius tantisper
 præcipitare sententiam, quoadusq; Ere-
 miticæ huius cathastrophæ Epilogum per-
 spexerimus. Haud ego dilucide magis
 rem totam oculis obiecerò, quàm si brevi
 obtutu verbis Doctissimi Henschenij
 compendio Historiam absolvero.

Displicuit Fratribus Eremitis sancti
 Guilielmi hæc Pontificia conbitutio, quæ
 ab Institutione Parentis sui S. Guilielmi,
 et à Regula S. Benedicti à Gregorio IX
 concessâ, atq; ab Innocentio IV confirmatâ

Transferebantur ad Regulam S. Augustini,
 iuxta relictō proprio Generali subesse cum
 alijs deinceps Lanfranco mox laudato.
 Quare auxilio Protectorum, aliorumq;
 Patrocinantium multum institerunt apud
 Pontificem, ut quemadmodum Decessor Eius
 Innocentius IV ipsos in priore coniuncti-
 one Eremitarum Tuscia inter quos
 degebant, sibi exemerat, ita iam nunc
 etiam Eius consensu impetratō per-
 mitterentur ab hac Consociatione uni-
 versali liberi, sub Proprio Generali
 secundum primariam suam Instituti-
 onem in solito Habitu et Ordine
 porro permanere. Annuit iusto
 petitioni Pontifex Alexander datā
 Bullā prioris respective retractatoriā.
 Ecce iam diffractō cortice exclusum in
 aprico nucleum. non est quod porro super-
 addamus. Bullam tantum hanc poste-
 riorem à prioribus Guilielmitas eximen-
 tem pro legitima assertorum Nostorum
 probā hūc sinceram producere necessum
 ducimus: [A] „ Alexander Episcopus „
 „ Servus servorum Dei, Dilectis Filijs
 „ Generali, et alijs Prioribus ac Fratribus „

[A] Chrysost. Henriquez in Privil. Guil. n. 3.

Joan. Marquez c. 13. Orig. August. §. 14.

Gabriel Perend. l. i. Hist. Tripast. c. 96.

Aparius Tamburini de Jure Abbat. Disp. 24. §. 4. n. 37.

Hubertus Miræus l. 2. Orig. Monast. c. 15.

Ordinis S. Guilielmi salutem et Aposto-
 licam Benedictionem. Licet olim pro
 unione facienda inter vos et alios Ere-
 mitas tunc Ordinum diversorum fueri-
 tis ad presentiam Nostram citati, quieti
 tamen et saluti Vestrae Paternò provi-
 dentes affectu, presentium vobis be-
 nigne concedimus, ut sub Regula S. Bene-
 dicti secundum Institutiones S. Guiliel-
 mi remanere in solito Habitu liberè
 valeatis, nullis obstantibus litteris, Gra-
 tijs, Privilegijs à sede Apostolica in
 contrarium impetratis vel impetrandis
 impoſerim. Nulli ergo Datum
 Anagninae XI Kalendas Septembris
 Eadem hæc repetuntur etiam postea
 à Clemente IV in quodam Diplomate
 cui pars huius Bullæ inferitur his
 verbis: Quomodum Alexander IV
 volens providere quieti vobis Aposto-
 licâ Authoritate concessit, ut sub
 Regula B. Benedicti secundum Institu-
 tionem B. Guilielmi possitis in Habitu
 solito licitè remanere, non obstantibus

^{us}
 Num 8 Urbanus etiam huius No-
 minis Quartus Alexandri IV medi-
 atus in Pontificatu successor, postquam
 initio sui Regimini intellexit, post
 Decretum Alexandri, redditam Guili-
 elmitis facultate sub Regula S. Bene-
 dicti deinceps in perpetuum perseveran-
 di, quedam nihilominus Guilielmita-
 rum Monasteria vi prioris illius man-
 dati per Unionem supra memoratam
 ab Augustinianis fuisse occupata,
 in favorem iterum Guilielmitarum
 pronuntiavit novam Bullam itidem a
 pluribus Authoribus allegatam [a] qua
 ita sonat: „Urbanus Episcopus . . .“
 „Generali ceterisque Prioribus et Fratri-
 bus Ordinis S. Guilielmi salutem . . .“
 „Praeclara Ordinis Vestri expectant
 „merita, ut in his, quae Animarum fruc-
 „tum pariunt, et eundem Ordinem
 „ab infamiae macula reddunt tutum,
 „Apostolicam sedem vobis inveniat is

[a] Exstat haec Bulla inter Privilegia relata a
 Chrysof. Henriquez num. 6. Item in Apolog. c. 9.
 „Apud sanctos. Hajum vita c. 7. Miraeum l. 2.
 Orig. Monast. c. 18. et integra habetur inserta
 Actis S. huius n. 2. 6.

„propitiam et benignam. sanè petitio
 „Vestra Nobis exhibita continebat, quod
 „licet Vos Ordinis S. Benedicti Regulari
 „observantia adstricti sitis, non nulli
 „tamen ex vobis, assumptâ audaciâ, quod
 „sub leviori pugna de Antiqui Hostis ver
 „sutis facilius triumphabunt, humana
 „fragilitatis seducti consilio, ad mitioris
 „observantiam Ordinis aspirantes ad
 „Ordinem Fratrum Eremitarum Ordi
 „nis S. Augustini proprio motu se transfer
 „re presumpserunt, in vestrum et Ordinis
 „Vestri dispendium, animarum suarum
 „periculum, et scandalum plurimorum.
 „Quare super hoc prefata Sedis pro
 „videntiam suppliciter implorâstis.
 „Nos igitur Vestris supplicationibus
 „annuentes, ne quis, postquam in Ordine
 „Vestro votum Professionis emisit, ad
 „prefatum ordinem, absq; predicto se,
 „dis licentiâ se transferre valeat, autho
 „ritate presentium inhibemus, decerner
 „tes irritum et inane, quidquid contra

Tenorem presentium ab aliquo contigerit
 attentari. Datum apud Urbem-Veterem
 x Kalend. Febr. Pontificatus Nostri Anno
 Secundo, Christi. M C C L X I I I .

Iussi sunt etiam Guilielmitæ, qui per uni-
 onem Saxe dictam aliquando se Eremitis
 S. Augustini adiunxerant, à Clemente IV
 obtento viva vocis oraculo, Adrisente
 potissimum Stephano Hungaro Episco,
 po Cardinale Tranefino Protectore
 Ordinis S. Guilielmi, ut ad
 Dictum
 Ordinem S. Guilielmi totaliter redeant,
 et sub Regula S. Benedicti secundum
 Institutionem B. Guilielmi remaneant in
 habitu solito, antequam transirent ad Saxe
 Augustini Ordinem. [a]

In Monasterio etiam nostro Corona
 Mariae in Oberriet aservatur in hunc
 diem Bulla Pontificia, quæ iubentur
 Guilielmitæ sub Regula et Habitu
 S. Benedicti remanere, imò expressè
 prohibentur ad Ordinem Augustini-
 -anum, quem Pontifex laxiorem pro-
 -nuntiat, transire. [b]

[a] in Bulla Clem. IV. quæ incipit: Ea, quo Iudicio
 vel concordia terminatus

[b] Archivum Oberrietanum Litt. J.

His igitur Documentis firmâ ad eò
ac sacrosanctâ auctoritate susculis,
plus satis iam adductis, liquidum omni-
-nò et procul omni ambiguitate certum
manet, Fratres Guilielmitas Veros
atq; Genuinos S. Benedicti filios
semper et ubiq; fuisse et esse.

Neq; porro audiendi sunt, qui Venè-
rabiles S. Guilielmi Monachos, quasi
generis Episcopi essent, modo huic modo
alteri Ordini iniquiori dicendi quàm
docendi pruritu accensere haud eru-
-bescunt.

Num: 9^{nus}. **P**ro Coronide hoc unum
hic advertendum restat, haud equidem
me latere graves Guilielmitas inter
et Augustinianos controversias
ad usq; Pontificis thronum delatas.
Quòd verò easdem dudum decisas, et
à summâ sede iam olim sedatas æque
pernoscam; nolo antiquam et ambem
ad lædium recoquere. non enim crab-
-rones irritare consultum duco.

absq^s Spiculis mella dare Viri prudentis est et Religiosi. Jurgia quæ vis inter viros maxime Ecclesiasticos exosa semper habeo pacis ex indole cupidissimus. Vana verborum cum fastu disceptationes ceu in vitibus epiphyllides nunquam maturescunt. Non litem sed Crisin in fronte huius Comentarij promisi; hanc exhibui quantum satis, illam ceu ad nihilum valentem mitto foras. Aliunde etiam quæ nullò fundamento nixa sunt, facile corruunt. Sola Veritas perseverat imota.

Num. 10^{mus}.
 Cultum deniq^s quod attinet, quò antiquiori ritu aliquot iam sæculis Illustris Ordo Eremitarum S. Augustini S. Guilielmum prosequitur, tantùm abest, ut eum reprehendam, aut sine causa introducendum asseram, ut plurimum hunc

adeo
 cultis
 m omi
 certa
 Veros
 lios
 .
 qui
 os quæ
 luc non
 li qua
 do oru
 unum
 equit
 s inter
 rias
 labas
 isas, et
 s equi
 mben
 im orat
 co.

ipsum ego dilaudem. faciunt enim hoc opera pretio haud poenitendo. Patres hi Venerandissimi, ob plura Monasteria ipsis à Clemente IV assignata, ubi lis illa inter utrumq; Ordinem occasione Unionis ab Inno- centio IV imperata, postea retracta- ta, exorta, sedata demum est, uti in Actis sanctorum Bollandi fusiùs, et pro more plurimùm eruditè speci- ali paragrapho exhibetur. [a]

Certum nihilominus omnino est, pluri- ma quæ in Officijs Ordinis s. Augustini tum antiquis tum Recentioribus continen- tur, s. Guilielmum in stabulo Rhodis de- mortuum et inter sanctos relatum procius non concernere, sed pleraq; præsertim quæ in Antiquo Breviario ante annum Christi 1446 manuscripto recitabantur, de s. Guilielmo Geloniensis Monasterij Fundatore, qui temporibus Caroli Magni è Duce Aquitaniae Monachus sanctissime vixit [b] esse intelligenda, et sequenti dein rerum confusione in recentioribus

[a] Acta s. in Commentario Histor. de Ord. Eremit. § 5. c. 6. Tom. 2. fol. 480.

[b] Eginus de hoc supra in hoc Coment. Cit. § 1. n. 4.

officijs Guilielmo Aquitano per sanct:
Bernardum à schismate reducto
perperam applicari, uti ipsemet
indoluit Herrera Augustinianorum
Provincialis supra laudatus, eò chrono:
logie calculis adactus adactus, ut
merito enuntiaret, "lectiones sacrorum"
"officiorum vigoroso indigere examine."
Quod ego pari ratione edixero de
cultu et officio inter ipsos Guiliel:
mitas hactenus unitatò.

Profectò Altare illud in Monasterio
Oberriedtano, de quo supra §. 3. n. 3.
aut vocandum deinceps erit Altare
S. Bernardi cuius aliquod factum
pictura illa exhibet, aut si porro
Honori S. Guilielmi dicatum esse
volumus, aliò proorsus epigramate
exornandum. nihil enim omnino
S. Patris Guilielmi habet Effigies
illa. hoc per modum appendicis
annexisse sufficiat.


Hæc igitur sunt quæ in Historiam
S. Patroni Guilielmi critica in da =

gine commentari placuit. paucae sunt
 pagellae, et opusculum ad speciem
 exiguum, haud tamen adeo pauci
 laboris. Plus profecto lectionis
 impendendum fuit huic Crisi, quam
 totius Vita plana Historia exegisset.
 Tot perlastrare volumina, examina-
 re annorum calculos, Chronologicas
 enodare plicas, labor fuit haud equidem
 persudatorius, sed cuius me nunquam
 poenitebit. ex quo enim Aureum illud
 librum evolvi Doctissimi Nostri Patris
 Joannis Mabillonij de Monasticis studiis
 firmum continuo statutumq. decrevi,
 Omnia deinceps Otia vertere in Ne-
 gotia; unquam ne Diabolus me inveni-
 at otiosum.

In Omnibus Glorificetur
 Deus.

N + 125 *z.*

33x19,5cm





N + 125

5cm